

**L T I S E V I D E N T I -  
B V S A R G V M E N T I S D E M O N -  
S T R A N S , Q V Ä N A M I N T E R T O T R E L L .**

GIONES, H<sup>AC</sup> SÆCVLO, (ETIAM SVB CHRISTI  
nomine populo venditatas) sola, prudenter &  
tutò recipi possit & debeat.

*Praefide.*

**IOANNE CMLHVSINO THVRIN-**

*GO; SOCIETATIS IESV THEOL. DOCTORE,*

**M O G V N T I A E A N T E H A C P R O P O S I T A , E T**  
**N V N C T E R T I A H A C E D I T I O N E ,**

**V I N D I C A T A A F V R T I S , F R A V D I B V S E T C O R -**  
**R V P T E L I S D . G E O R G I I S C H O N F E L D I I , M A R P V R G E N -**  
**fis Theologia Professoris.**

**S V B C V I V S A V S P I C I I S E T P R A E S I D I O ,**  
**E A N D E M D I S P V T A T I O N E M I N T E R -**  
**V E R S A M , I N T E R P O L A T A M Q V E T V R P I T E R .**

*Authoris nomine penitus suppresso, ut suam  
inscripsit*

**I L L V S T R I S S . P R I N C I P I A C D O M I N O , D N .**  
**M A V R I T I O Landgrario Hessorum, &c.**

**M . L V D O V I C V S C R O C I V S .**

*Accessit his alia quoque de Sanctorum Adoratione, Inuocatio-  
neq; dissertatiuncula.*

*Vt fures earum rerum, quas ceperunt, signa comemutant: sic multis alienis sententiis, pro suis videntur.  
nomina, tanguam rerum notas mutantur. Cicero s. de Finib.*

**M O G V N T I A E ,**  
**Excudebat Balthasarus Lippius.**



ILLEVSTRISIME PRINCEPS AC DOMINE,  
**D O M . M A V R I T I ,**  
LANDGRAVIE HESSO-  
R V M , &c. DOMINE CLE-  
MENTISSIME.



VÆ tua singularis est modestia prudentia, igno-  
sces spero, confidentia quæ te compello. Habeo enim  
quapropter id faciam. Grauiter apud T. Cels. accu-  
satus sum: equum igitur, ut apud eandem causam  
quoque dicam. Nec quicquam dubito, quin protu-  
sapientia, et animi equitate, quæ de accusatione  
cognovisti, defensionem pariter cogniturus sis; Ma- Plutar. in  
vita Alex.  
gni Alexandri secutus exemplum, qui cum iudicia capitalia discepilaret,  
alteram aurem obiurabat, ut eam reseruaret integrum Reo. Accusarunt  
vero me, ex Heidelbergensi Academiâ David Pareus; ex Marpurgensi  
tuâ, D. Georgius Schönfeldius, & M. Ludovicus Crocius. Actionis Pare-  
na (ex Prolegoménis ad Oream Prophetam, quem antehac T.  
Cels. dedicauit.) firmamenta sunt; esse me ab Euangeliō Christi  
apostamat, infestum Christo sycophantam, Pelagianum, de-  
sectâ sanguinariâ Iesuitarum (prefatione ad Lectorem) impuden-  
tem Monachum (pag. 11.) Iesuitastrum & hominem ineptum.  
(pag. 14.) qui omnes Sophisticæ neruos intendit grauiter (pag.  
21.) vertiginosum hominem (pag. 24.) cerebrum male sanum. (i-  
bidem) Loiolanum Sophistam. (pag. 24.) ineptissimum circula-  
torem. (pag. 26.) indoctissimum Sophistam. (pag. 27.) male sanum  
Iesuitam (pag. 28.) veteratorem; spurium Bellarmini filium, vi-  
perarum progeniem. (pag. 40.) male sanum monachum. (pa.  
39.)

claudum demum & canhelum canem. Hæc, inquam, sunt, illustrissime Princeps, argumenta, quibus Pareus apud T. Cels. causam contrarie perorauit, ut omittam cetera, quibus totum Ordinem nostrum, quam exquisitum T. Cels. reddere allaborauit extremè. Ut, quod l'efuit blasphemæ sint Societatis Monachi. (pag. 29.) bis hæretici. (pag. 51.) quorum sit, fulmina condere. Canones sanguine scribere. (pag. 46.) sintq; organa bestiæ (pag. 24.) iurata Antichristi mancipia. (pag. 22.) Sophistæ Papales. (pag. 10.) &c. Sed, qualia ea sint argumenta, vana, videlicet, levia atque tutilia, queq; non possint in contentione subsistere, nuper satis aperiè testatus est ipsèmet aduersarius, ut merito quis dubitauerit, num rectius propriae cause prævaricator, an accusator aliena sit appellandus. Nam cum superiori estate ad Schuvalbacenses fontes (quos valetudinis confirmanda gratiâ medicorum in suu adieram) in illum incidisse, quod commodam agendi transfigendig; cum eo negotij nactus mihi viderer occasionem, nequitquam illam pratermittendam censui: quandoquidem ex quo cœpit internos disputatio, magno semper desiderio flagraram, videndi alloquendig; hominis, cui tantes attulisset spiritus, de propria doctrinâ persuasio, ut non solum Eccium, Andradium, Hosium, Stapltonum, Bellarminum, & uniuersum Iesuitarum ordinem: sed omnes etiam omnino Catholicos Doctores, despiciatui duceret. ut nihil de ipsis hic dicam temeritate. qua in ipsorum quoque Principum Catholicorum, siue Ecclesiasticorum, siue politicorum aulas, tam impotenter debacchatus est, ut eas partim bestiæ caudam, nuncupare, partim bestiam adorare, nihil veritus sit, publicis scriptis diuulgare. (prefat. ad theses de Author. Scriptur.) Itaque loco & tempore, collegis seu symmystis, qui satis aderant frequentes, bene stipatum conueni; conuentum, humaniter salutari, letari me significans, oblatam nobis opportunitatem, suauiter & amicè coram, ijs de questionibus differendi, quas mutuis hactenus scriptioribus tractassimus; his nimirum, i. Vnde nam scripturæ sacræ diuinam & Canonica authoritatem habeant? 2. Vnde constet, diuinos esse aliquos libros. 3. Quāid credendum fide? 4. An sit articulus fidei, hos autillos libros esse Canonicos? Viva namq; voce, mentis sensa longè succinctius & significantius aiebam explicari, quam scri-

scriptis commentariis, qui varie huc, atq; illuc sepè traherentur. Non ingratum id fore, præ se tulit Pareus, tunc tamen ad Sanctorum pro nobis intercessiones a deductus sermo, post ad predestinationem dilapsus est, b Et a vide vind. ad peccati<sup>c</sup> causam, ex Caluini sententia, Deum. de quibus omnibus, quid thes. 16. §. 17. inter nos tractatum sit, his meis vindicationibus, hincinde ubi commodi- b Et thes. 16. vindicationis fuit, inserui. Altero die, cum ad fontem conueniremus, & post aquæ po- nem §. 4. tum, ut sit, digredieremur in rus, iterata de nostris controversiis mentione, c Et §. 21. 22. eas, ut nunc discuteremus rogans, à Pareo reiecius sum, quod palam omni- 23. 24. vindicationis bus qui nos comitabantur audientibus, protestatus sit, nolle se quicquam de thes. 17. istis controversiis iam disputare mecum, quod PARATVS ad eas discutie- das aduenisem, essentq; ferè omnia personalia, quecunq; tam in Speculo misericiarum ipsius, quam in eius Auctario à me conscripta legerentur. Ego summopere miratus hominem & einsmodi qualē animo cocepereat pre- parationis suspicionem ipsi excire conatus, (quod non nisi pridiē aduentus mei medicorum resciuisse sententiam) cum nihil profecisset, iterum atq; iterum obtestans rogavi, ut sepositis personalibus, rem ipsam placide ac pa- carè mecum disceptaret, sed responsū penitus idem retuli. Imò nec ad hoc quidem adduci se passus est Pareus, ut questionum saltem quas proposue- rat, solutione mea (qua vix trium pagellarum esset) recognita, si quid in illa desideraretur, ediceret; Scholasticas enim istas esse res, ad quas disputandas me iam cōparasse, denuò causabatur. Quid facerem? cum quoniam agis e- go disputationem urgerem, èo magis ac magis eam subterfugere aduersa- rius? Valetudinis igitur causa me venisse, non vero ut cuicquam crearem molestiā testans, liberam ipsi potestatem feci, ut quocunq; vellet, sermonem defliteret. Ergo inter alia in quibus me sperabat prorsus IMPARATVM, cum Romanus quoq; Pontifex, in colloquium traheretur, nihil certius ex- stimabat Pareus, qua illū Antichristum esse, hoc arguento demonstrari.

Qui se extollit supra Christum, scilicet Antichristus:

Atqui Romanus Papa, extollit se supra Christum:

Est igitur Antichristus.

Assumptionis negata probatio, ex Epist. ad Heb. cap. 4. ver. 14. ad scisceba- tur, ubi Christus Magnus Pontifex dicitur, cum tamen Papa Rom. au- dire velit Maximus: Supra Christum igitur se extollit. Qui caillus, Vide vindic: thes. 14. §. 10. cum nullā mereatur inter doctos solutionem, ita est nihil secius (quanquā non)

## EPISTOLA

non sive doctissimum quorundam, clariſſimorumque virorum, iuriſ, ac Medicinae Dictorum ſuſe) depreſicatus à Pareo, magna Symmyſta- rum acclamatione, ac ſi quauiis Euclidea demonstratione firmior eſſet ac- cidentior. Sed, ex hac unica Dictoris iſtius ſubtilitate, Princeps Illuſtriſ. pro inuita tibi prudentia & ſingulare, qua polles doctrinæ, facile ſpectabiliſ omnes. Et quia ex ſimilitudine de reliquo teſto iudicabis. Ad inſignem porro tergiuerationem illius. & de me, ad diſputandum, preparationis prete- xtum quod ſpectat; niſi allor uehementer, ſatis manifeſte probat ſanam men- te preditio, veriſimum eſſe, quod dicebam initio, vanam, nimiriū fuſſe, le- uia atq. futilia ea argumenta quibus ſuam contrarie & Societatem no- stram, apud T. Celf. cauſam egit: quandoquidem illa in conſtitu poſſe ſu- bſttere, ipſen et deſperauit. Ex quo etiam perſpicitur amplius, quāliſ bellator habendus sit Pareus, qui glorioſi & ignari militis inſtar, ſeſe iactitat in an- gulis, abſentemq. maledictis & couicij hoftem laceſſit, frenens ac frendens; ubi vero iſi comparuerit in paleſtra, pugnam turpiter detrectans, fugam ad- ornat, niſi eum fortassis inermem ac IMPARATVM acceſſiſſe preſenſerit.

A. q. hec de Pareo hic breuiter, que nunquam produxiſſem in lucem, niſi undequaq. ad me perlati fuiffent ſparſi rumores, memor ad prorsus à Pareo, reportatae victorie, de me, quem inſtar pueri pro libitu (ita enim refe- rebatur) diſputationib⁹ ſuis exagitans, huc atq. illuc dedi xifſet. Sed uenio nunc ad D. Schönenfeldium, & Crociūm. Hi, nominatim mihi iterū atq. iterū, mendacij quo nihil eſt viro bono, ne dū Theologo turpius, apud te, Princeps Illuſtriſ. ſuceptum reddere conantur, in illa diſputatione, quam eſtate pra- terlapſa, ob ſumma que Tu à quatuor annis in iſipſum cōtulisti beneficia, ad T. Celf. ut loquitur, ſcabella deposituit, M. Ludouicus Crocius. Sed iniu- rijs mihi profecto ſunt, & inſignerter præterea ingratia. Iniuriam propulſa- bit Theſeos, ſecunda partis, decima & septima vindicatio. Ingratitudinem, res ipsa loquitur. Quis enim dubitet, quin ingratitudinis fœdam ſibi notam inurat, qui cum maximis non gratitudinis modo, ſed pietatis etiam debitis ſe fateatur obſtrictum, non habeat tamen unde illa diſſoluit, niſi mutue- apud eum, cui quomodounque ſe ex mutu ſatisfecifſe latatur? Eiusmodi certe ſunt de quibus nunc ago, duo illi Marpurgenses Academici. Magna

tua

## DEDICATORIA.

tua & eximia, Princeps Illuſtriſ. cum in Eccleſiam ſuam beneficia, tum in omnes Academicos officia fatentur, & priuatim ea erga ſe meritorū T. Celf. momenta commemoraſt Crocius, ut animo quam ore potius ea promere posſit, & paria una refacere; imparem nimirum ſe non ſolutioni modo, ſed etiam professioni conſitendo. Et cum diu multumq. (quod de iſipſis aſtimarie ſas eſt) cogitarint, quidnam potiſſum protanto T. Celf. erga ſe, totamq. Eccleſiam ſuam & Academiam, meritorum cumulo, reponerent, nihil re- pererunt prorsus, quod vel ſe deceret magis, vel T. Celf. dignius indicarent præter hanc unam de Religione, ſeu Fide, diſputationem, & muſu tam quidem à me, cuius deinde nomē & famam, ut Papalis mancipij, (quod admodum iſipſi putarant probroſum) ut mendacis leſuitæ, modis omni- bus proterendam ac conculcandam exiſtimarunt apud T. Celf. cuius in ſe ſummiſ beneficijs quoquo modo per eandem diſputationem respondiſſe, ga- uisſiſ ſunt. Tuum igitur eſto, Princeps Illuſtriſ. iudicium, utrum ingratitu- dinis ſecundum crimen neglectiſ ſuicij culpat, diſputationis iſtius me & com- pilatoribus & interpolatoribus, non iure maiori obijciam ego, quam illi me apud T. Celf. mendacij redarguant. Has igitur, Princeps Illuſtriſ. ratio- nes habui, iuſtas ut opinor, cur te nunc compellarem, quod factum nihi du- bito, quin aquiſiſime latus ſis, quando prorsus perſuadeor, veriſima eſſe illa (quangquam inſigni tua virtute longe minora) qua narrare ſolent, Or- dinis noſtri homines, de eximia tua Viroq. Princeps imprimis digna mode- ſtia, huemanitate & affabilitate, qua uifus ſis, in omnibus noſtriſ Collegijs, ad qua benigniſſime inuifenda Tu aſe haclenius Celsitudo demifit. Deinde ter Opt. Max. Princeps Illuſtriſ. literatiſſimeq. (licet enim mihi cum Mar- purgensiſbus ſic te affari) Tuam Celf. diu conſeruet incolu mem ac florentem, ijsq. bonis omnibus cumulet, qua ad honorem & gloriam ſanctiſſimi no- missis ſuicj ſpectant, teq. poſt terrenum hoc & caducum regnum, cum pieni- tiſiſimis maioribus ac progenitoribus Tuis. Hassia Principibus, ad cæleſte ac ſempiternum perducant. Amen. Moguntia 9. Feb. 1609.

Illiſtriſ. Celfit. T.

in Christo ſeruuſ

Ioann. Malhusinus.

Breuiſ

Brenis eorum omnium, que in hac disputatione fusiū expli-  
cantur, summa.

**E** A religio vel fides, qua nihil amplectitur, quod recte rationi, vlo modo aduersa-  
tur; sed dogmata potius habet sancta, & a sapientissimo, & optimo legislatore,  
proposita, signis, miraculis, & innumerabilium grauiſſimorum testimoniis, sanguine,  
&c. confirmata: prudenter, & tuto recipi potest & debet, ab omnibus: quod per se  
manifestum apparet.

Sola veræ Christi religio vel fides, eiusmodi est theſi

3 Prime partis  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10

Sola igitur ista, tuto recipi potest, & debet ab omnibus.

Sed præterea, cum iam, sub Christi nomine, varia religiones, & fides circumfe-  
rantur, nec posseſſit esse, nisi una ſola, vera Christi fides, iuxta illud ad Ephes. 4. vna fi-  
des, vnum baptisma: illa, procul dubio, cenſebitur ea, quam inter omnes, ab ipſo  
Christo, & Apostolis prædicatam, totis signis & miraculis, &c. confirmatam fuſſe  
conſtituerit. Et quia vera Christi religio, & fides, fine vera Christi doctrina conſi-  
ſtere nequit: ea deum, ex uniuersis, veræ Christi fides, & religio, signis & miraculis,  
&c. confirmata & cenſenda est: quæ veram Christi doctrinam retinet: quæ ab illa  
recedit, heres.

Atqui doctrina, quam  
Catholicæ Romanae re-  
ligio, & fides, retinuit,  
& recinet: ſola, & ſe vera  
Christi doctrina: Quia  
haec ſola, ex natura ſua  
conditione.

- 1 Non habet à nouis hominibus, diuersorum non pium ſe ſim  
thesi 2 ſeconde partis.
- 2 Eſt antiquissima theſi 3.
- 3 Una eademq; ab initio buonisque theſi 4. &c.
- 4 Eſt iſſimè diuſſa: ut Catholicæ theſi 6.
- 5 Ab antiquitate ad nos ſucceſſive deducta theſi 7.
- 6 Conſormis perinde, primitiva Ecclesiæ doctrina. theſi 8.
- 7 In qua ipſius progenitores uniuersi unanimis ſunt. theſi 9.
- 8 Quæ Ethnici, &c. conuerſit theſi 10.
- 9 Quæ ſanctos homines ſemper effecit theſi 11.
- 10 Cuius alumnī miracula vera fecerunt theſi 12.
- 11 Quia in verbum Dei non inijicit manus. theſi 13.
- 12 Quæ arbitriarias & verſiginoſas ſcriptura interpretationes a-  
uerſatur. theſi 14.
- 13 Quæ omnibus heretibus oſtium claudit. theſi 15.
- 14 Quæ à blaſphemis dogmatibus abſtinet theſi 16.
- 15 Chius doctores, primi, medij, ultimi, in ſuis dogmatibus por-  
fundendis, nullis mendacii indigent, & ab illis abſtinent.  
theſi 17. Ergo, &c.

DISPV.

# DISPUTATIO-


## NIS DE FIDE,

### PARS PRIMA.


Contra Iudeos, Turcos, & Gentiles.

THESES I. MVLHVS IN I.

Eadem ex MARPVGEN.



IDEI negotium, gra-  
uiffimum eſſe, mani-  
festè D. Paulus ad  
Hebr. 11. testatur, dū  
inquit, ſine fide impoſi-  
bile eſſe placere Deo. Tantum vero una  
fides, per quam ſalutem eſternam  
consequimur, ſit una tantum, teste  
Apostolo: Vnus Deus, una fides, v-  
num baptisma Eph. 4. Et vero hac  
tempeſtate multæ & inter ſe con-  
trariæ fides & ſectæ circumferuntur;  
operae preium eſſe duxi, quænam  
ſit illa ſola vera fides, cui ſalutem  
quisque ſuam fidere & committere  
tuto poſſit; & ſine qua omnes peri-  
re neceſſe eſt; hac mea diſputatione  
demonſtrare. Erit autem bipartita  
diſputatio. Primo enim fidem  
Christianam contra Iudeos, Tur-  
cos & Gentiles afferam; deinde Ca-  
tholicam orthodoxam fidem no-  
stram, cum aliorum doctrina com-  
parabo, quo maniſtius, quæ ge-



IDEI negotium & gra-  
uiffimum & sanctiſſi-  
mum eſſe, qui diſ-  
teatur, opinor eſſe ne-  
minem. Cum autem  
vera fides, per quam ſalutem eſternam  
consequimur, ſit una tantum, teste  
Apostoli: Vnus Deus, una fides, v-  
num baptisma Eph. 4. Et vero hac  
tempeſtate multæ & inter ſe con-  
trariæ fides & ſectæ circumferuntur;  
operae preium eſſe duxi, quænam  
ſit illa ſola vera fides, cui ſalutem  
quisque ſuam fidere & committere  
tuto poſſit; & ſine qua omnes peri-  
re neceſſe eſt; hac mea diſputatione  
demonſtrare. Erit autem bipartita  
diſputatio. Primo enim fidem  
Christianam contra Iudeos, Tur-  
cos & Gentiles afferam; deinde Ca-  
tholicam orthodoxam fidem no-  
stram, cum aliorum doctrina com-  
parabo, quo maniſtius, quæ ge-

mani-

B

nuina

manifestius, quæ genuina Christi fides & religio sit, nuina Christi fides & religio sit, constare possit.

## V I N D I C A T I O .

**T**HESIN hanc Marpurgenses ex meis descripsisse, vides Lector, si paucula quæ detraxerunt, adiicias. Nam ad fidei negotium grauissimum esse demonstrandum, luculentum istud ex epistola ad Hebræos adduxeram testimonium: *Sine fide impossibile est placere Deo.* suppresserunt illud Marpurgenses. quo consilio me latet. Fortè cum Lutherò illud scriptum reuelunt ex Canone; vel esse D. Pauli negant, adstipulantes Caluino.   
*Romanum* Præterea, vocem hanc (*Romanam*) in *Orthodoxam* commutarunt; ignari nimirum vetustatis, cui *Romanum* idem sonabat, quod *Orthodoxum*, ut ex Oratione D. Ambrosij de Satyri obitu manifestum est. Schismaticos etiā *Orthodoxos ac Catholicos* non habendos, ex eo, quod *Romanæ Cathedræ* nō communicarent, demonstrabat optatus Milevitanus (lib. 2. contra Parmenian.) & *Orthodoxam Catholicamq;* fidem se tueri, conuincebat Russinū Hieronymus (Apolog. aduersus Ruffin.) quod *Romanam* tueretur. Theodosius iunior, Imperator, *Catholicos & Orthodoxos* Sacerdotes eos appellabat, qui *Romanam* religionem profitebantur (in actis Concilij Ephes. edit. Peltanæ Tom. 5. cap. 10.) Omitto hīc authores alios, vt Victorem Vticensem (de persecut. Wandalicā lib. 2.) Gregorium Turonensem (lib. de gloria Martyr. cap. 25 30. & 79.) qui vocem hanc eodem significatu, frequenter usurparunt.

## T H E S I S II. M V L H.

**I**TAQVE Christianorum fides, siue secundum se spectetur, siue cum Iudaeorum, Turcarum, Gentilium perfidia conferatur, tantam habet veri speciem, ut nemo cordatus, eam non possit & debeat amplecti; quacumque harum trium sectarum, proiussus repudiata & reiecta; quod multis iisque evidentibus rationibus probari potest.

## E A D E M E X M A R P V R G .

**I**TAQVE Christianorum fides siue in se spectetur, siue cum Iudaeorum, Turcarum, & Gentilium perfidia conferatur, tanta veritatis luce splendescit & coruscat, ut nemo cordatus ac *περιεγων* eam non possit ac debeat amplexari; quacumque harum trium sectarum insuper habitata, quod multis iisque evidentibus argumentis probabile sit.

## V I N D I C A T I O .

Ethanc meam Thesin agnosces, si velborum quorundam sicutum detraxeris,

## T H E S I S

## D E F I D E .

## T H E S I S III. M V L H.

## E A D E M E X M A R P V R G .

**A** C primo quidem, doctrinæ, qua Christi fideles imbuuntur, sanctitas & integritas expendenda est: quæ talis omnino existit, vt neque in ea prætermissum sit, quod ad officium boni viri, censeri possit opportunū; vel etiam præscriptum, quod rationi rectæ, quoquo modo aduerteretur. Hinc nihil de Deo affirmat, quod sanctum & excellēs non sit; videlicet, eum esse omnium, conditorem, omnipotentem, summum bonum, iustum, &c. Hominem vero ipsum, in primis suam felicitatem edocet, eique accommodata media, ad eam obtinendam, præscribit; qua ratione se se, ad honestatem morum componere, quomodo cum alijs conuersati; quo pater diuinum numen obseruare debeat; perspicue demonstrat: cum è contrario, Iudei, maximas in suam doctrinā, blasphemias incluserint, vt pro Dei peccato, quod tum admisit, quando lunæ subtraxit lumen, holocaustum in nouilunio offerendum fuisse: & talia multa, quæ in illorum Talmudaliisque libris occurruunt. (Vide Sextum Senensem lib. 2. Bibliotheca sancta. & Rabbi Salom. in c. 2. Gen. & c. 28. Num. & in c. 4. Deut.) Turcarum autem doctrina vix potest esse quicquam sordidius, ut beatitudinem aeternam in epulis & venereis voluptatibus positam esse, Deum & angelos, pro Mahumeto deprecari.

**A** C primo quidem, doctrinæ, qua Christiani imbuuntur, sanctitas & integritas expendenda est: quæ talis omnino existit, vt neque in ea omissum sit, quod ad officium viri boni censeri possit opportunū; vel etiam præscriptum, quod radio lucis ratio cinatricis diuinitus, siue per naturam, siue per gratiam, insitæ repugnet. Hinc nihil de Deo affirmat, quod sanctum & excellēs non sit; videlicet eum esse omnium, conditorem, omnipotentem, summum bonum, iustum, &c. Hominem vero ipsum, viā ad beatitudinem sine erratione compendiosam docet; qua ratione se se ad honestatem morum componere, quomodo cum alijs conuersari; quo pater diuinum Numen obseruare debeat; perspicue demonstrat: cum è contrario Iudei maximas in suam doctrinam blasphemias incluserint, vt pro Dei peccato, quod tum admisit, quando Lunæ subtraxit lumen, holocaustum in nouilunio offerendum fuisse: & talia multa, quæ in digestis Thalmudicis, aliisque ipsorum libris occurruunt. (Vide Sextum Senensem lib. 2. Bibl. & R. Salom. in c. 2. Gen. & c. 28. Num. & in c. 4. Deut.) Turcarum autem doctrina vix potest esse quicquam sordidius, ut beatitudinem aeternam in epulis & venereis voluptatibus positam esse, Deum & angelos, pro Mahumeto deprecari.

B 2 depre-

cari. (*Alcoran. c. 5. 28. 43.*) Iam Gentilium superstitionem, quam plurimis absurdissimis erroribus fuisse referat, clarus est, quam ut probari debet. (*August. lib. 7. de Ciuit. Theodor. de Curand. gracor. lib. 9.*)

## VINDICATIO.

*Quos Christi fideles vocaram, Christianos appellant Marpurgenses, quodque ratione recte nihil aduersari breuiter dixeram; hoc ipsi per ambages circumducendo; radio lucis ratiocinatricis, diuinitus, sive per naturam, sive per gratiam insite nihil repugnare, describunt. & Christi doctrinam, hominem suam felicitatem edocere; maluerunt sic reddere. hominem viam ad beatitudinem, sine erratione compendiosam docere: Quod apposueram verò, eadem Christi doctrinam, accommodata media, ad salutem obtainendam homini prescribere, id ipsi præterierunt. Quamobrem? An quia talia media agnoscent nulla? An quia ad æternam salutem perueniendi mediis, quæ recensentur ab Orthodoxis, ut ieiunio, ut precationi, ut eleemosynis, ut sacramentis, ut reliquis piis operibus, vim & efficaciam obtainendæ salutis omnem prorsus detraxerunt? Omitto, quod pro in *Thalmud*, in *digestis Thalmudicis* poluerint, & tandem pro refertam scripsierint turgidam. Verborum scilicet meliores artifices, quām Professores Theologi.*

## THEISIS IV. MVLHVS IN.

**D**EINDE, Si quis huius nostræ doctrinæ author extiterit, infideles contemplarentur, euidens quoque argumentum aduertenter, fidem hanc solam, ipsis amplectendam esse. Eum enim Christum fuisse nemo vniquam hostium Ecclesiæ negavit, qui propterea etiam fideles ferro & flamma persecuti sunt, quod in Crucifixum crederent. Iam vero hunc Christum non docuisse nos, falsa, ex quadam ignorantia, prophetica ipsius responsa, quæ olim experti sunt Iudei, hodieque experiuntur, manifeste conuincunt. Vitæ vero eius integritas, & innocentia, cuius vel inimicos nostros testes adhuc possumus; quod neque ex malitia nobis imponere voluerit, firmiter probant. (*Ioseph. li. 19. antiqu. Iudaic. Tiber. Cas. apud Tertul. lib. aduersus Gentil. Porphy. lib. de responsis.*)

## VINDICATIO.

Thesis hanc ex Marpurgensisibus recudere nihil est necesse, cum prorsus can-

fis eandem descripserint. digni qui laudarentur ab omnibus, si pari fide versati fuissent in cæteris.

## THEISIS V. MVLHVS IN.

**M**IRVS præterea modus, quo hæc fides, in vniuerso mundo diffinata fuit; magnum, ad Christianam religionem, persuadendam, momentum habet. Inuecta est enim, ab Apostolis, hominibus ante imperitis; adeo, ut Iudei comperto quod homines essent sine litteris, & idiotæ, admirarentur; vnde illis tanta in dicendo vis & constantia. *Autor. 4.* Fuerunt ijdem inermes, & pauperes, tanquam agni inter lupos inambulantes; proposuerunt doctrinam contrariam inueteratae consuetudini populorum; contrariam delectationibus carnis; contrariam humanis affectibus; nihil temporale polliciti sunt ijs, quos in suam sententiam pertraxissent; sed potius denunciarunt pericula, tormenta, cruces, &c. & tam eniā vniuerso terrarum orbi persuaserunt. Quod euidens homini prudenti argumentum esse debet; illorum verbum, solius Dei fuisse verbum; quod animas conuertit; & ad instar mallei acuti, petras conterit; & quasi gladius anticeps, pertingit; vsque ad divisionem anima, & spiritus. &c. *Psal. 18. Ierem 23. Heb. 4.*

## VINDICATIO.

Et hanc reliquerunt intactam. solum reticuerunt quod scripseram, Apostolorum doctrinam contrariam fuisse inueteratae consuetudini populorū. quid in eo spectarint, me latet.

## THEISIS VI. MVLHVS.

## EADEM MARPVRG.

**I**AM vero, si miracula, & signa attendamus; ad Christianæ fidei veritatem confirmandam, facta, dubitare nemo amplius rectè poterit; quin ea sola sit Deo placens cultus, atque religio. *Vbi obseruandum est unum.* videlicet iuxta communem rerum cursum; & solitam Dei prouidentiam ad supernaturalem fidem persuadendā; cum iam primo ab eo, qui se non ab hominibus, sed à Deo missum affirmat, proponitur; necessario miracula postulari. Cum enim noui

nouū aliquid, & antea inauditum, absq; eorū, qui mittere possint iuſſione, sub diuina authoritate prædicatur; necesse est, vt vel propriis suis verbis, id aſſerat Deus, aut certe, id ſe dixiſſe teſtetur, tali aliquo facto, quod nō niſi ab ipſo fieri poſſe, prudens ratio iudicet. Alioquin ad illud, diuina fide credendū, nemo poterit legitimo aliquo præcepto aſtrin- gi. Atq; hoc ita ſeſe habere, vt diximus ex diuinis literis manifeſte cōui- niciuit. (Exo. 4. Matt. 10. Ioan. 15. Marc. vlt. Heb. 2.) Alterū quod notari hic volu- mus, eſt miraculū, ſufficiens eſſe te- ſtimonium, ad aliquod fidei dogma nouū perſuadendum. Nam vera mi- racula, absq; diuina virtute fieri nequeunt; vnde, q̄ miraculo firmatur, Dei teſtimonio firmetur, necesse eſt: At hic mendacijs teſtis eſſe nequit; ex quo proſrus efficitur, quod pro- poſuimus. Nunc vero, quanta mi- racula Chriſtus ediderit; quanta A- poſtoli; quanta illorum Successo- res; pro fide hāc conſirmandā, longum eſſet enumerare. Neque ea un- quam negarunt omnino Religio- ni noſtræ hostes, quamuis Magie dæmonumque arti adſcripferint; in quo merito falſitatis, & calumniae ſemper à noſtris fuere accusati, & conuicti. (Niceph. lib. 4. cap. 12. Euseb. lib. 5. cap. 5. Tertull. in apolo. cap. 5. Aug. lib. 10. de ciu. cap. 18.) Quid autem iam post Chriſti aduentum, quo ſuam perfidiam tueantur mirabilium o- perum, adſerre poſſunt Iudei? quid Mahu-

Mahumetani? nempe ridiculum il- lud, Mahumet ſuum, lunam in duas diſfrac- tam partes redintegriffe. Ex Gentilium ſuperſtitione tantū dæ- monum quædam præſtigia circum- feruntur. (Alcor. c. 6. Auguſt. lib. 10. ci- uit. cap. 16. Tertull. apolo. cap. 22. 23.) que arti adſcripferint; in quo merito falſitatis & calumniae, ſemper à noſtris fuerunt accusati & conuicti. Ni- ceph. lib. 4. 12. Euseb. lib. 5. c. 5. Tertull. in apol. c. 5. Aug. lib. 10. de ciu. c. 18. Quid au- tem iam post Chriſti aduentum, quo ſuam perfidiam tueantur, mirabilium operum, adſerre poſſunt Iudei? quid Mahumetani? nempe ridiculum il- lud Mahumet ſuum, lunam in duas diſfrac- tam partes redintegriffe. Ex gentilium ſuperſtitione duntaxat dæmonum quædam præſtigia circum- feruntur. Aug. lib. 10. de ciu. Dei. c. 16. Tertull. apol. c. 22. 23.

## V I N D I C A T I O.

Ethanc fermè theſin retinuerunt integratam. Quamobrem breuiter annotabo duntaxat illa, quæ de ſua fece & fraude in eā deſcribendā in- ſperferunt. Nam primò hiſce meis verbis, Obſeruandum eſt, iuxta communem verum curſum, & ſolitam Dei prouidentiam, ad ſupernaturalem fidem perſuadendam, eum iam primò ab eo, qui ſe non ab hominibus, ſed à Deo miſſum affirmat, proponitur; neceſſariò miracula poſtulari) fraudulenter hæc aſſuerunt (Non autem ab eo, qui Additè doctri- nam iam olim, Apoſtolorum memoriam & miraculis conſirmatam, poſt fraude- longam errorum caliginosæ, inſtitia noctem, quaſi poſtliminio in lucem reuocat, re- lenta- ponit, prædicat. Noua enim doctri- na, nouis miraculis eſt indiga.) Quorū hæc Vt ne videlicet à Lutherò, Zwinglio, Caluino, ſimilibus, miracula, quibus noua ſua poitentia ſaque dogmata conſirmit, poſtulemus. A Etutum e- nim tum perierunt, quotquot ſunt. Excipiunt igitur. Nouam doctri- na nouis miraculis eſt indigam, non autem Apoſtolorum memoriam natam. &c. O ter qua- terque miseros. Ipiſius Chriſti Apoſtolorumque doctri- na, Patriarcharum ſatio. Prophetarumque verus erat doctri- na, iam olim nata, signis, & miraculis conſirmita, poſtque longam errorum caliginosæque inſtitia noctem, quaſi poſtliminio in lucem reuocata, reponita, prædicata: tamen quod eſ- ſet in cognita atque noua, gentibus & populis quibus proponebatur, tot signis & miraculis à Chriſto, ab Apoſtolis, ab illorum Successoribus, ad- ſtruenda fides ei ſuit. Quā igitur fronte poſtulant à nobis iſti, vt illicò tan- tā temeritate nulloque adhibito iudicio, aſſeriantur illorum doctri- nae, poſtulante, toti terrarum orbi, nouæ proſrus atque haſterus incognitæ? Nonne poſt longam (mille, nimicrum & quingentorum annorum) caliginosæ inſtitia noctem, quaſi poſtliminio in lucem iam primum illam reuocari, reponi, prædicari ipsiusmet contendunt? Certè non fuit proſrus noua doctri- na, quam

quam D. Basilij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Gregorij, Anselmi, Bernardi, aliorumque sanctissimorum Patrum sacerdotum & scriptorum singulis proposuerunt pastores & doctores Ecclesiae nostrae; quia tamen auditoribus multis adhuc dubia & incognita fuit, plurimis etiam & insignibus miraculis confirmanda fuit: cur non etiam Luteranorum vel Calvinistarum? Quam praerogatiuam adepta est praeterea Christi ipsius doctrinam, quae toties aliis atque aliis quibus antea non innotuisset proposita, signis atque miraculis fuit confirmanda? Deinde verbis istis meis (*vera miracula*) addiderunt, tam fine quam effectu. Danturne diuinam virtute facta miracula, quae fine & effectu vera non sunt? Nodum nimurum in Scirpo querebant. hoc collaborantes ut suspecta redderent, quae hodieque paucim, pro fide Catholicâ stabilendâ commemorantur facta, fierique miracula.

Additio superuaccena.

Emissio.

Patrei ab surditate.

Magna miseria.

Omiserunt demum, in describenda thesi, *Apostolorum quoque successores edidisse miracula*. Quamobrem? Nimurum, quotquot Apostolorum successores miracula perpetrarunt, pro Catholicâ Romanâ fide stabilendâ illa perpetrarunt. Qui pro Lutheri vel Calvinii proprio aliquo dogmate confirmando, signum aliquod vel leuiter adumbravit, inuentus est nemo. Adeo hoc verum est, ut non ita pridem David Pareus in prolegomenis ad Hoseam Prophetam omnia miracula quae à D. Augustino tanquam ab ipsomet visa, vel certâ relatione accepta, libro 22. de ciuit. Dei cap. 8. describuntur, *veluti ludicra & superstitiones* reciecerit. Eademque calumniâ comprehendit, ab Eusebio in histor. Trip. à D. Gregorio in Dialogis, à Nicephoro & similibus tam vetustioribus quam recentioribus enarrata. Quid ita? Quod illis vel Papistarum superstitiones & impij cultus (Pareo nimurum iudice) in dies comprobentur, inquit. *vel nostra destituatur doctrina*. Videat hic candidus Lector, quousque progressi sint illi: Nimurum, ut suis dogmatibus fidem conciliare nullam queant, nisi fidem prius omnem præcipuis ex antiquitate scriptoribus prorsus abrogent. Sed durum telum necessitas. Porro de miraculorum hoc argumento, ad thesin XII. secundæ partis sermo redibit. haec breuiter hic annotasse sat est.

### THES. VII. MVLH. & ex illo Marpurgensium.

**M**AGNA etiam ad hanc Religionem persuadendam, vim habet, doctrinæ Christi, ad conuertendas hominum mentes, efficacia. (Aug. de Ciuit. lib. 22. c. 5.) Nouimus enim olim, homines in speciem viles & abiecitos, qui videbantur omnium peripsemata, sine vi, sine terrore, & absque villa facundia humana, mediisque aliis terrenis, sola diuini verbi efficacia magnos Sophos, Principes, Reges, Imperatores, & uniuersum mundum

dum, Christo subegisse; adeò, ut quiduis potius, etiam vitam ipsam amittere vellent, quam fidei iacturam facere. De Iudeorū secta nihil tale, post Christum, neque ab ipsis, neque ab aliis memoratur. Mahometani vero, quos traxerunt in suam perfidiam, non doctrinæ vi, quam nullam habent, sed a mis & crudelitate traxerunt. Ad Gentilium Philosophos quod attinet, rametsi magnam sapientiam olim ostentarent, & summa eloquencia & conatu leges suas, & dogmata proponerent, raro tamen, aut nunquam, alias Respublicas, in suam sententiam adducere potuerunt, idque propterea solum, quod humano tantum Spiritu, & verborum inani strepitu, nulla verò diuina virtute, res suas tractarint.

### N O T A T I O.

Hanc & sequentes VIII. & IX. verbotenus descripsierunt Marpurgenses, non est igitur ut in illis recudendis occupetur Typographus.

### THEISIS VIII. MVLHVSINI.

**P**RÆTEREA, constantia & firmitas doctrinæ Christi, quæ inter tot aduersa, tot annos, integra perseuerauit, firmum etiam ad eius veritatem ostendendam, argumentum suppeditat. Quoties enim, variis modis & temporibus, tentata impugnataque fuit? & nihilominus, tanquam *superfirmam petram fundata*, eadem semper perstetit. Testantur id satis, Neroianæ, Decianæ, Diocletianæ, & similes persecutions. Insultauit illi Julianus Imperator Apostata. Exagitarunt intestini hostes, potentissimi Reges & Dynastæ, pleni furore & spiritu Arijaliorumque hæresiarcharum, salua tamen & incolunis adhuc superstes est, eritque in sempiternū. (Euseb. lib. 3. 4. 5. 6. &c. Act. Concilij Nicenij & Chalcedon. Socrates lib. 1. 2. &c. 3.)

### THEISIS IX. MVLHVSINI.

**N**VNC, si ad martyres accedamus, illorumque tormenta, cruces & eccleios intueamur; nullus opinor, tam erit vecors, quin Christianæ fidei certitudinem, tor, quot fuere martyres, euidentibus argumentis, id est, prope modum infinitis demonstratam fateatur; si aduertat, non in uno aliquo certo mundi angulo, eos mortem pro Christi fidei oppetiisse, sed in diuersissimis terræ prouinciis, tanto numero, & multitudine; ut summa iniiri non possit, (Vide Nicephorum lib. 7. toto, & lib. 8. à cap. 36.) ex omni hominum genere, (Euseb. lib. 8. cap. 9.) sexu & ætate, mira constantia, & charitate, (Euseb. lib. 8. c. 7. Niceph. lib. 7. c. 11.) ut etiam pro suis carnificibus & torturis precarentur. (Euseb. lib. 5. c. 2.) Quam verò innocentes essent & sancti,

& pro qua causa decertarent, scepissime, Deus ipse prodigiis & miraculis aperte demonstrauit. (Niceph.lib.7.c.7.Eusib.lib.8.c.7.) Nam (vt Eusebius aliquique referunt) immanes & atroces ferae, (vt leones, vrsi, pardii, &c.) quorum furorem & rabiem fame & sustibus excitassent barbari, in martyres immisae; illos ne attingere quidem auctæ sunt; cum interim perfidos, si qui proprius accesserint: magno impetu adorirentur; & discerperent. Imo D. Polycarpus, (Eusib.lib.4.c.14.) ne ab igni quidem ipso, potuit ambiri. Corpus Diaconi cuiusdam, Sancti nomine primi tormentis, sed laceratum & discerptum; secundis, quæ diriora putabantur à carnificibus futura; in integrum sanitatem, cum admiratione spectantium, restitutum est (Eusib.lib.5.c.1.) Et Theodorus adolescens, cui se locutum postmodum apud Antiochiam, refert ipse Ruffinus; (lib.2.Ecl.hift.c.36.) Socrates lib.3 cap.16. à prima luce, vñq; ad horam decimam, mutatis carnificibus, & tormentorum generibus, excruciatus, ita se delectatum retulit, vt tunc modestus sit factus, quando deponi iussus est de eculeo, & quod magis mirum videri potest, hoc loco, tantum abest, vt Christianorum numerus tot tormentis & persecutionibus imminutus sit, vt etiam indies creuerit, ita vt sanguis martyrum semen Christianorum à plerisque non immerito dictus fuerit. Tertul. in Apolog.) Evidenter, non ignoramus, multos etiam pro sua perfidia mortuos, cuius autem mors, miraculo aliquo diuinitus facta, perfidiam confirmavit, &c. inuenies neminem. (Vide Eusib.lib.5.cap.17.de Montanis Epiph. hars. 80.de Massalianis Aug. Epist 68.de Donatistis, Bern.ser.66.in Cantica de Anab.)

THESS. X. MVLH.

EADEM EX MARPVRC.

**A** DDAMVS ad hæc diuinam prouidentiam, & bonitatem. Naturæ enim lumen, Deum ter Opt. Maximi rerum humanaarum habere curam ostendit; ad eumq; pertinere, in his, quæ ad ipsius cultum, ad vitæ honestatem, æternamque felicitatem spectant, homines dirigere & gubernare. Ex quo etiam efficitur; huius eiusdem prouidentiae & bonitatis esse, vt non permittat homines, tot signis & miraculis, tanta que veritatis apparentia, in his, quæ ad beatitudinem eorum & animæ salu-

**A** DDAMVS ad hæc diuinam prouidentiam & bonitatem. Naturæ enim lumen, Deum ter Opt. Maximi rerum humanarum habere curam ostendit, scriptura etiam sacram immutabile ipsius de hominibus electis decretum explanat, ad eum scil. pertinere, in his, quæ ad ipsius cultum, ad vitæ honestatem, æternamque felicitatem spectant, homines ab æterno κατ' εὐδονίαν, ad vitam electos dirigere ac gubernare. Ex quo etiam efficitur; huius eiusdem prouidentiae & bonitatis esse, vt non

salutem pertinent, dementari, aut non permittat electos, tot signis & falsa, tot manifestis signis, & portentis miraculis, tantæq; veritatis apparentis confirmati. (D. Chrysostom. hom.de Victore dixerit: Domine, si error est, vniuersus Electorum chorus rectè quem credimus, à te decepti sumus, ista enim iis signis nobis confirmata sunt, quæ non nisi à te fieri potuerunt. (lib.1.de Trin. cap.2.)

tia, in his quæ ad salutem eorum pertinent, prorsus dementari: adeo vt cum Richardo de S. Victore pronim iis signis nobis confirmata sunt, quæ nūciare possit: Domine, si error est, non nisi à te fieri potuerunt. (lib.1.de Trin. c.2.)

illa enim iis signis nobis confirmata sunt, quæ non nisi à te fieri potuerunt, lib.1.de Trin.c.2.

## V I N D I C A T I O.

Hic iterum se se corruptor stylus, vt vides Lector, exerit. Est quidem additamentum istud Marpurgensium verum. Scripturam nempe sacram, immutabile Dei de hominibus electis, κατ' εὐδονίαν decretum explanare. Sed, vt electorum præcipuam curam habet Deus; ita ipsius etiam prouidentiae ac bonitatis est, ne reprobros quidem ita deserere, vt tot signis & miraculis tantæque veritatis apparentia, in his quæ ad salutem ipsorum pertinent, demententur. Cur igitur non omnes, & quæ mortales, quod ab electorum choro sapientes isti postulant, pronunciare poterunt cum Richardo: Domine si error est, quem credimus, à te decepti sumus. ista enim iis signis nobis confirmata sunt, quæ non nisi à te fieri potuerunt. Sed video, quo tendunt lucifuga, hue nimis, vt se se de infidelitate & pertinaciâ cum insigni stupore coniunctâ, simplicioribus excusent, dum toto Catholico orbe, signis quibusdam & miraculis, credente; ipsi tamen sacrilegè non credant. Cur enim? Ni mirum Electi sunt, non permittit autem Deus, vt Electi signis & miraculis in errorem abripiantur. Papists vero quia reprobisunt, signa ista atque portenta in petram scandali posuit Deus, vt tandem pereant. Ex iis prorsus Calvinisticæ Theologiae & profundum mysterium, à tot

seculis absconditum hactenus, nunc vero iis reuelatum, qui, si vel yno passu progrediantur amplius, ad Tu-

cismum pertingent.

• 930 •

C. 2

SE-

Additam  
sum super-  
vacuum.

Miracula  
apud novos  
Euangelio-  
cos cur nel-  
igantur?

SECVNDÆ PARTIS DISPV.  
TATIONIS HVIVS, CONTRA  
SECTARIOS.

## THEISIS I. MVLHVSINI.

**A**TQVE hactenus communis omnium, qui Christiano nomine censerit volunt, cum Iudeis, Turcis, Gentilib. disceptatio & causa fuit. Nunc peculiaris, Catholicis, seu Romanæ Ecclesiæ addictis, cum omnibus, qui se se ab illa separarunt aliquando, controuersia est. Vtridocctrinam illam, à Christo, Apostolis, eorumq; Successoribus traditam, signis & miraculis confirmatam, & tot martyrum sanguine obsignatam, &c. teneant? Nam rapuerunt illam ad se olim omnes hæretici; Arius, Eunomius, Nestorius, similes; non minus ambitiosè, quam hodie Lutherius, Caluinus, Svenckfeldius, & infiniti propemodù alij, qui indies prodeunt. Quocirca, nouis argumentis, seu signis, vera Christi fides, ab hæresi distinguenda est; vt quorū professio miraculis istis confirmata, & martyrum sanguine obsignata fuerit; quorum velò profligata, & prostrata; conspiatur. Sola enim vera Christi fides, tot signis & miraculis comprobari, tantoque martyrum sanguine subsignari potuit. Si quæ igitur doctrina hæretica deprehendatur, ad eam ista omnia, nihil pertinebunt.

EAD. EX MARPVRC. TYP.

**A**TQVE hactenus communis omnium, qui Christianorum nominis censerit volunt, cum Iudeis, Turcis, Gentilib. disceptatio & causa fuit. Nunc peculiaris, Catholicis, seu Orthodoxæ Ecclesiæ addictis, cum omnibus, qui se se ab illa separatos gaudent, controuersia est. Vtridocctrinam illam, à Christo & Apostolis traditam, signis & miraculis confirmatam & tot martyrum sanguine obsignatam, &c. teneant? Nam rapuerunt eam ad se olim omnes hæretici; Ariani, Eunomiani, Nestoriani, Eutychiani, similes; non minus ambitiosè, quam hodie papistæ, Anabaptistæ, Svenckfeldiani & infiniti propemodum alij, qui à mille annis prodierunt & indies prodeunt. Quocirca nō nouis, sed æternis & immutabilibus argumentis vera Christi fides ab hæreti distinguenda est; vt quorum professio miraculis istis olim confirmata & martyrum sanguine obsignata fuerit; quorū vero, perfligata & prostrata; conspiatur. Sola n. vera Christi fides, tot signis & miraculis cōprobari, tantoq; martyrum sanguine subsignari potuit. Si quæ igitur doctrina hæretica deprehēdatur, ad eam ista omnia, nihil pertinebunt.

VIN-

## V INDICATIO.

3. *Orthodoxorum REFORMATORVM nomen*, nouum est prorsus & *Nouitas*; inauditum hæc tenus orbi Christiano. Sed, qui religionem & fidem post tot secula sibi confinxerunt nouam, nouum quoque nomen cur sibi non adsciscerent? Ab illorum porrò ecclesia separatos nos esse, gaudemus meritò, iuxta illud Psalmi 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, &c.* Verbis illis (*A Christo & Apostolis.*) addideram in thesi mea; eorumq; successoribus. Sed successionis *successorumq; Apostolorum nomen*, odio plusquam æresti prosequuntur; *nomen o- diosum*. quare paßim illud subtinent. Notauit hoc ad thesin VI. primæ partis, hic iterum noto, & deinceps etiam notandum veniet, quod manifestè in hac causa desperationis ipsorum sit argumentum. Ad *Apostolostantum miselli*, suam referunt doctrinā, ad *illorum successores* referant, suffocantur. Quid ita? *Scripturas reliquerunt nobis Apostoli, scripturarum interpretationem*, *Prætextus* mentem ac sensum, successores ipsorum, id est, Ecclesiæ Christi legitimi *scriptura- rum*. Doctores ac Pastores. Mens sensusque scripturarum hæresibus prætexi nequit; ipsæ Scripturæ, quod bonam partem difficiles sunt, obscuræ & ambiguae, instar nasi cerei, & regulæ Lesbicæ, susque de quæ trahi possunt ab impijs. Norârunt hoc antiquissimi Scriptores & Patres, inter quos Tertullianus scitissimè dixit, non aliter hæreticos in alienum sensum detinere scripturas, quas suis erroribus obtendunt, ac eos, qui ex Homeri versibus aut Virgilij, centonas sarciant. Additque, non periclitor dicere, ipsas quoque scripturas sic esse Dei voluntate dispositas, vt hæreticis materias subministrarent, cum legam, oportere hereses esse. *Quæ sine scripturis esse non possent.* (cap. 39. de præscript.) Huic adstipulatur Hieronymus. Multi, inquit, nec scire dignantur, quid Propheta, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum, incongrua aptant testimonia; quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, depravare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Hoc scripturam, & Virgilio centonas, ac si non etiam Maronem sine Christo possumus interpretari Christianum, quia scripserit:

*Iam reddit virgo, redeunt Saturnia regna.**Iam noua progenies, calo demittitur alto.*

4. Eundem hæreticorum morem, utroque horum vetustior Diuus *Irenæus*. Irenæus eleganti hac similitudine declarauit. *Quemadmodum* inquit, *qui regis imaginem ex auro & gemmis pretiosis à solerte artifice fabrefactā dissoluunt, & transferunt aurum illud & gemmas in canis imaginem, quam ex eadem materia considunt; & aiunt postea imaginem suam canis, esse regis imaginem, quoniam idem est aurum*

C 3

*abuso scripturae.* aurum & iidem pretiosi lapilli: Sic omnino heretici fidei imaginem dissolvunt, & iisdem sacra scriptura authoritatibus perperam expositis atque transpositis imaginem perfidie sua conficiunt & ornant, dicentes illam esse fidei & veritatis imaginem, & quod ex iisdem sacrarum scripturarum locis est constructa. (Iren. lib. 1. aduers. hæres. cap. 1.)

5. Atq; veterum illâ hæreticorum scripturas tractandi consuetudinem recentiores nostros imitari quoq; nemo inficiabitur, qui cōsideret, dum ab Apostolorum successoribus, Patribus nimirū eorumq; decretis ad Apostolorum scripturas prouocant, qua interim temeritate easdem Apostolorum scripturas iā Lutheranismo, mox, si is displiceat, Caluinismo; tum Schvvēgfeldianismo vel Anabaptismo, & similibus placitis aptant & accommodant. Imò in quævis tergiuersationum, hæreseon, errorumq; diuerticula comutant, vallaq;ne phantasmatum, in quib; se contra Catholicorum tela, vbi ad certamen ventum fuerit, occulant.

Appellatio fucata. 6. Hænimirū sunt illæ speciosæ ad Apostolos appellationes. ad illorum enim successores & interpres simul, si appellarent, confessim ipsorum doctrina noua, falsa, hæretica pronunciaretur: quandoquidem non Apostolorum scriptas syllabas duntaxat & voces inculcant illi, sed multò magis Apostolorum mentem ac spiritum, quo totum Ecclesiaz corpus animabatur olim, dum ipsi fideliū Episcopi ac Rectores erant à D e o constituti. nisi fortè, quod absit, dicamus, eos dum ex scripturis in certas, quas nunc oppugnant Nouatores, sententias consenserunt, non in vera Christianæ fidei dogmata confensisse, sed conspirasse tantum in hæreses ac impietatem. Sed de hac à Patribus ad Apostolos & scripturas prouocatione, ad 15. secundæ partis plura.

*Metamorphosis.* 7. Quâporò probabilitate, Lutheri Caluinij, nomen, quo fueram usus in thesi, Caluinianâ quadam metamorphosi, in Papistarum & Anabaptistarum, conuerterunt, expendemus deinceps, vt eriam eterna & immutabilia argumenta, quæ doctrinam illorum ab hæresi discriminare dicuntur.

## THESES II. MVLHVS.

*hereticos esse, qui à certis dogmatum auctoribus, nomina trahunt.*

V E R V M ne longius abeamus, ipsa Carmelitarum, Benedictinorum, Dominicanorum, Franciscanorum, Cappacinarum, Laiolanorum, & similiū monstorum, quæ

## EADIM MARPVRG.

fiū qui perpetuò noui suppullulant, nomina satis magnam, de suspecta doctrina significacionē dant. Semper enim ab ipsis Ecclesiaz incunabulis, qui à certis quibusdam hominibus, denominati fuissent; hæretici ab orthodoxis deprehensi sunt: vt Nicolaitæ, (Apocal. 2.) Ariani, Eunomiani, Nouatiani, &c. unde & Iustinus martyr, ev. j̄s, inquit, alij vocantur Marcioniste, alij Valentinianni, Basilidiani, alij Saturniniani, alij alio vocabulo, quisque à primo Inuentore sui dogmatis. (Iustinus in dialogo cū Triph.) Et Chrysostom. illi (hæretici) habent quosdam à quibus appellantur, prout enim hereſarchæ nomen, ita & secta vocatur. (Chrysost. hom. 33. in act. Apostol.) Sed omissis nominibus, ad rem propius accedamus.

Sed omissis nominibus, ad rem propius accedamus.

## VINDICATIO.

3. Chrysostomi verba, quæ citaueram in thesi meâ, suðes Marpurgensibus fuerunt in oculis. Itaque illa cupuerunt expuncta, sicut & Iustini, quibus nihil deerat, nisi vt ad Valentianorum, Saturninianorum, à Valentino & Saturnino, Caluinianorum nomen à Caluino ductum, adiiceretur.

4. Porro, dum Carmelitas, Benedictinos, Dominicanos, &c. hic recensem, neque sc̄e ab hæreſeos notâ liberant, neque Romanæ fidei ſectatores ſchismatis aut erroris conuincunt. Illi enim duntaxat, qui à certis nouorum dogmatum architectis nomina traxissent (quod nihil ad Carmelitas, minahæ-Benedictinos, Dominicanos, &c. attinet) ſemper haetenus hæretici ab orthodoxis deprehensi sunt; quod præter Chrysostomum & Iustinum, alij quoque testantur Patres.

Habent, inquit Ireneus, & vocabula à principe impissima ſententia Simone; Ireneus. illi Simoniani, (lib. 1. cap. 20.) & Athanasius. Qui Marcionem ſecuti ſunt, iam Athanasius inde Marcioniste appellati ſunt. Ita quoq; Valentinius, Basilides, Manichæus. (Caluinus, Schvvengfeldius, Lutherus,) & ceteri ſectatoribus ſuis nomina impetrerunt (ſerm. 2. contra Arianos.)

Sed

quām à Christo ipso fundata, & contra quam solam inferorum portae hactenus non prævaluere, vera Christi Ecclesia est: ita etiam sola antiquissima doctrina, sine qua vera Ecclesia consistere nequit, vera doctrina censenda est; Quæ noua, hæresis & error. Quis vero, an Ecclesiæ Catholicæ Romanæ filij, an ipsius hostes, nouam doctrinæ profiteantur, dijudicabit? Audientur, opinor, arbitri à partium studijs, & ætate remotissimi, purioris scilicet Ecclesiæ (ad quos prouocare solent aduerarij) quæ ante mille ducentos & amplius annos floruit, Doctores, Pastores, & Scriptores. Nulla, inquit *Vincentius Lyrinensis* (*in commonitorio* c. 34.) *vñquā hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit. quis vñquam heres instituit, nisi qui se prius ab Ecclesiæ Catholicæ, vniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit?* Sub quo nomine; quo in loco, quo tempore; Ariana, Eunomiana, Nestorianæ, Lutherana, Caluiniana, Swenckfeldiana doctrina ebulliuit; à cuius vniuersitatis & antiquitatis consensione desciuerit, euidenter ostendere Catholicis, at, quis illorum doctrinæ, nomen nouum indiderit; quo loco, post Apostolos; quo tempore, nata sit; à qua se vniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit, Arius, Eunomius, Caluinus, Lutherus, similes nunquam demonstrabunt. Rectè igitur Hieronymus. *Quisquis assertor es nouorum dogma-*

## DISPUTATIO THEOLOGICA

Superua.  
cuæ petitiō.Laetan.  
tūs.

5. Sed obsecrant nos Marpurgenses, vt edicamus, *Quis Reformatorem sit qui magis ab homine, quām à Christo nomen sortiatur?* Sed ego illos vicissim per fidem suam, per ceremonias, & quicquid habent sacrum obtestor, vt edicant nobis; *Quis Reformatorum sit, qui magis à Christo, quām ab homine aliquo nouo, quique nouam aliquam secundam intruerit, nomen sortiatur?* Christiani certè à Christo dici nequeunt. Audiant enim Laetantium. *Cum Marcionite aut Ariani (Caluinistæ aut Lutherani) nominantur, inquit, Christiani esse desierunt.* (lib. 4. cap 30.)

6. Cedantigitur tandem hanc gloriam suo Patriarchæ Caluino, & quod res est, fateantur ingenuè, ab ipsius nomine proprium sua Religionis confessionisque nomen se trahere; non minus quām proprium sua sectæ & perfidiæ nomen, à Luthero Lutherani, à Swengfeldio Swengfeldianæ; à Flacio Flaciani, & similes à similibus hac tempestate duxerunt.

7. Potrò, Carmelitarum, Benedictinorum, & Franciscanorum, &c. nomina nihil è abhorrere, respiquent, sed certæ disciplinae & obseruantia regularis professionem. Neque Dominicus, Franciscus, Ignatius, aut ullius alterius religiosæ familiæ primus author vel institutor, in Romana Ecclesia, noui alicuius hæretici dogmatis fuit inuentor magis, quām Antonius, Benedictus, Basilius, aut Augustinus, &c. tot Religiosorum ordinum primi parentes. Nullus enim Franciscanus ab Augustiniano, aut Carmelita à Benedictino, aut Benedictitus à Dominicano, &c. in fidei dogmatibus disfiderit, vt Lutherani à Caluinianis, hi, ab Anabaptistis, & à Flacianis isti, & singuli ab omnibus & inuicem, omnes mali corui, eodem ouo prognati.

THEISIS III. MVLHVS. EADEM EX MARPVGENSIUM CORRUPTIONE.  
*Solam Romana Ecclesiæ doctrinam esse antiquissimam.*

**E**ST igitur hoc primum, ex conditione antiquitatis, grauissimum argumentum; quod etiam, atq; etiam, ad veram doctrinam examinandam, premunt vetustiores Doctores. *Vincentius in commonitorio. D. August. Tom. 7. contra Julianum Pelagianum lib. 3. cap. 17. & lib. 2. in principio.* Nam quemadmodū sola antiquissima Ecclesia, utpote, non ab alio, quæ

dogmatum, queso te, ut parcas Romanis auribus: parcas fidei, qua Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos (iam post mille sexcentos) docere nos niteris, quod antea nesciuimus? Usque ad hanc diem, sine VESTRA ISTA doctrina Christianus orbis stetit. (Hieron. in epist. ad Pammachium & Oceanum.) Sed quae huic argumento, coniuncta sunt, deinceps deducemus.

titutatis confessione discreuerit? Sub quo nomine; quo in loco; quo tempore; Ariana, Eunomiana, Nestoriana, Eutychiana, Iesuitica, Schwencfeldica doctrina ebulliuit, à cuius vniuersitatis & antiquitatis confessione descierit, euidenter ostenderunt Reformati; at, quis illorum doctrinæ nomen nouum indiderit, quo loco, post Apostolos; quo tempore nata sit, à cuius vniuersitatis & antiquitatis confessione descierit, Arius, Eunomius, Pontifex Romanus, Cardinales, omnes Iesuitæ nunquam vere demonstrarunt, nec in æternum demonstrabunt. Rectè agitur Hieronymus, [Quisquis (inquit) assertores nouorum dogmatum, quæso te, ut parcas Romanis] (id est, orthodoxis & perpurgatis: Veteres enim laudabant Romanam Ecclesiam ex hypothesi, quia in fidei puritate præ cæteris permanissemus, usque ad illa tempora, quibus illi scripserunt: non quod Spiritus sanctus sit affixus ad illam sedem) [auribus: parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est, Cur post quadraginta annos] (notate Papani, qui execrabilem vestiarum superstitionum Pandoram ab illo tempore in Ecclesiæ faciem effundisti) [docere nos niteris, quod ANTÉ nesciuimus? Usque ad hunc diem sine vestra ista doctrina] [quam vos monachi commenti estis:] [Christianus orbis stetit.] Hieron. iii. epist. ad Pammach. & Ocean. Sed quæ huic argumento coniuncta sunt, deinceps deducemus.

## VINDEX ATIO.

Nous mi. 3. Saxeus sit, quem non misereat Marpurgensem. Eos enim hanc serua thesin refellere, aut suam confirmare tantum abest, ut in nouum quoque laqueum fese induant. Natae nuper, hereticæ que doctrinæ certum indicium Vincentius Lytinensis prodidit, nimirum, sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliisse, atque ab Ecclesiæ Catholice vniuersitatis & antiquitatis confessione fecisse discessionem. Annunt aduersarij. At docente

Hereses indicium.

hæresiarchæ alicuius certum nomen, aut certum locum, certumque temporis, sub quo primum caput exeruerit Romanæ Ecclesiæ, doctrinæ? Prius testudo leporem præteruerterit. Sub quo verò nomine, quo in loco, quo tempore Lutheranorum, Zwinglianorum, Calvinianorum, similiumque doctrinalucem primum aspicerit, lippis notum est, atque tonsoribus.

4. Quod verò Iesuiticam doctrinam Nouitatis accusent quoque, Accusatio ruditati ipsorum donandum est atque inscitæ; dum inter Religiosam iniusta familiam nouam, & hæresin nouam, discernere nequeunt. Nullum prossim, licet orbis terræ bibliothecas vniuersas euoluant, fidei Iesuitarum dogma reperient, quod vniuersæ Ecclesiæ Catholice dogma non fuerit.

5. Quim porro Vincentius Lyrinensis contra hæreses cap. 25. ipsis faueat, quam Augustinus, quos suæ causæ patronos conduxerunt, dispiciamus. ni inconsiderantia. fallor, illorum sententia funditus ab his patribus euertitur.

Nam ex Augustini Vincentiū mente, verus & germanus Catholicus solum id sibi Quid Catholicitatem censet, quod antiquum est in Ecclesia; ut aiunt Marpurgenses:

At, fuerunt veri, germani q. Catholici, Vincentius & Augustinus. Quia fuerunt neantur? At loquuntur iudicem, purioris primitiæ Ecclesiæ Doctores, Pastores, & Scriptores: greci & Nihil ergo sibi tenendum censuerunt ipsis, nisi quod antiquum esset in Ecclesia. At, an- Vincen- tium nihil illis fuit visum, aiunt iudicem Marpurgenses, nisi Apostolicā traditum authoritatem. Nihil ergo tenendum sibi censuerunt hi Patres, nisi Apo- stolicā traditum authoritatem.

6. Atqui tenuit Vincentius i. Catholicæ fidei veritatem, ab heretica præ- Quid re- nitatis falsitate discernendam, cum diuine legis autoritate, tunc deinde Ecclesiæ Ca- nuerit Vinc- tholice TRADITIONE (cap. 1. Commonitorij.) Tenuit 2. Nihil esse certius Catholicum, quod vniuersitatem, Antiquitatem, & confessionem OMNIVM, vel certè penè OMNIVM Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones sententiasque non sectetur. (cap. 3.) Tenuit 3. Hereticos esse qui sic occlamant. Nobis authoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quæ tenebatis, tenete quæ dannabatis. reiuste antiquam fidem. Paterna instituta. Majorum deposita. (capit. 14.) Tenuit 5. Diuinum Canonem secundum vniuersalis Ecclesiæ TRADITIONE: & iuxta Catholicæ dogmatis regulas interpretandum à Doctoribus. In qua interpretatione Catholicæ Apostolica Ecclesiæ sequantur ne- cesse est Vniuersitatem, Antiquitatem, Confessionem. (cap. 38.)

Ex Apostolicâ igitur autoritate hæc sibi tradita tenuit Vincentius. Cur igitur ea explodunt Marpurgenses?

*Quid An-* 7. Iam quid Augustinus tenuerit, inquiramus. Huic enim non mi-  
*gustinus* norem prudentiam authoritatemq; concedet, quam Vincentio fortassis  
 etiam maiorem. Itaq; tenuit is 1. Librum Sapientie, Ecclesiastici, Tobiae, Judith,  
 Machabeorum esse canonicos. (lib. 2. de doct. Christiana. cap. 8.) Tenuit 2. In-  
 ter Canonicos & non Canonicos libros, solam Ecclesiam esse iudicem. (lib. contrae-  
 pist. Fund. c. 5.) Tenuit 3. Preter ea quae scripturis consignata sunt, multa esse ne-  
 cessari credenda ex Apostolica traditione non scripta. (epist. 118.) Tenuit 4. Pur-  
 gatorium esse. (lib. de cura pro mortuis cap. 1. & 4. & multis alijs in locis.)  
 Tenuit 5. Sanctos pro nobis orare. (lib. 7. contra Donatistas de baptis. cap. 1.)  
 Tenuit 6. S. iustos à nobis esse inuocandos. (tract. 84. in Ioan. & serm. 17. de ver-  
 bis Apostoli, & lib. de cura pro mortuis cap. 4.) Tenuit 7. Sacrificium Mis-  
 sa (lib. 7. de ciuit. Dei. cap. 20. & epist. 49. quæst. 3. & lib. 18. de ci-  
 uit. Dei cap. 35. & alijs in locis.) Tenuit 8. malam voluntatem ad autho-  
 rem Deum referendam, nefas esse dicere. (cap. 18. lib. 2. de peccatorum meritis.)  
 Tenuit 9. absque præijs malis meritis, Deum nullum ad infernum destinasse. (lib.  
 3. aduers. Julianum cap. 18. epist. 106. ad Paulinum, & alibi sacerpius.) Te-  
 nuit 10. Hominem esse liberi arbitrij in omnibus suis operibus etiam pietatis. (Tom.  
 1. lib. 1. Retract. cap. 22. Tom. 2. epist. 106. & alibi frequentissime.) Te-  
 nuit 11. Iustificari nos per gratiam nobis inherentem. (Tom. 9. tract. 26. in Ioan.  
 & Tom. 10. sermon. 15. de verbis Apostoli, & alibi.) Tenuit 12. Leg. in  
 Dei obseruatu non esse impossibilem. (lib. de natura & gratia cap. 43. & 69. ar-  
 que alibi sacerpius.) Tenuit 13. Bonis operibus vitam eternam nos posse promoveri.  
 (epist. 105. ad Sixtum, & alibi sacerpius.) Omitto hic alia innumera, qui-  
 bus perspicue testatur, & Catholicam Romanam doctrinam se & ceteri se, &  
 vestram simul perfidiam detestari. Igitur si ex animo, & non per hypo-  
 critis potius ad hos antiquitatis Doctores appellastis, & boni, hanc ar-  
 gumentationem dissolute. Verus germanusq; Catholicus id solum sibi tenen-  
 dum censet, quod antiquum est: id est, quod tempore Apostolorum & proximo post A-  
 postolos seculo in Ecclesia receptum fuit. quod recte probatis. At Augustinus &  
 Vincentius, veri germani, fuerunt Catholici, utpote primitiae Ecclesia Doctores, Pa-  
 stores & Scriptores; quod conceditis, nec puto à quoquam fanæ mentis ne-  
 gandum. Solum igitur id sibi tenendum censierunt, quod antiquum est: id est, quod  
 semper Apostolorum & proximo post Apostolos seculo in Ecclesia receptum fuit. At-  
 qui, inter cetera tenuerunt etiā illa, qua ex vitroq; recensui. Omnia ergo illa antiqua  
 sunt: id est, tempore Apostolorum, & proximo post Apostolos seculo in Ecclesia recepta.  
 Sed illa eadem, præcipua de quibus vobiscum discepitamus dogmata sunt:

Saltem ergo præcipua Romanæ Ecclesiæ dogmata, & qæ maximè sto-  
 machū Vobis mouent, antiqua sunt, idq; ex Augustini, Vincentijq; vete-

rum germanorumq; Catholicorum sententiā. Quin igitur ap-  
 probantur à Vobis, vt eò sit facilior de cæteris transactio, expeditiorque  
 ad Christianam concordiam via? Satis nunc percepisse vos arbitror, & quā  
 vestra doctrinæ impensè faueant hi Patres, & quā prudentia, bonos cæ-  
 teroqui patronos, in causæ pessimæ defensionem, vocaueritis.

8. Sed prosequamur nunc cætera. Audientur, inquirunt, arbitri, à partium  
 studiis & atate remotissimi, Euangelista scilicet & Apostoli: Ad Euangeliastas & A-  
 postolos appellamus utrique, illi responsa dant, per reliquias Ecclesiæ scri-  
 pturas. Hæ, num pro nostrâ vel vestrâ causâ loquantur, controuersia est.  
 Huius arbitrios constitueram in thesi mea à nostris contentionibus remo-  
 tissimos, purioris scilicet Ecclesiæ quæ ante mille & amplius annos floruit,  
 Doctores, Pastores & scriptores, hos cur admittere tantopere formidatis,  
 nisi quod interpretationis vestra, quā adhibetis diuinis scripturis, testem  
 nullum vniuersaliter agnouerit?

Quanta vero vanitas est, offendisse Reformatos evidenter, à cuius vniuersi- Duplex mi-  
 tatis & antiquitatis confusione, Iesuitica doctrina descinerit? Quis enim illorum feria.  
 ostendit? & vbi ostendit? maior vero iactantia, neque Pontificem, neque Car- laudantia.  
 dinales, neque Iesuitas omnes in eternum demonstraturos: quo loco, quo tempore  
 post Apostolos nata sit Lutherana Caluinianaque perfidia, cum anus fer-  
 me omnes id meminerint. Natus Lutheranismus est, superiori sæculo in  
 Saxonie, anno xvii. Zwinglianismus in Heluetia anno xxv. Caluinismus  
 in Gallia anno xxxviii. Ex his tribus ceu fontibus vberrimis, tot heresum Fontes ha-  
 post deducti sunt fluuij, tot quotidie noui deducuntur adhuc, vt vniuer- reseon.  
 sum orbem inundantes, tantum non submergant.

9. Quam vero Hieronymi dictum illud citatum; *Quisquis assertor es, Interpo-*  
*nitorum dogmatum; queso te, vt parcas Romanis auribus, &c. miseris è interpo-*  
*larunt & turpiter commode cecidit tamen, quod Romanas aures, quales Roma-*  
*verè sunt, Orthodoxas & perpurgatas interpretarentur: ingenue fasli, veteres aures.*  
*Iaudasse Romanam Ecclesiam, quia præ ceteris in fidei puritate, permanisset, vsque ad*  
*illa tempora, quibus illi scripserunt. Itane? prorsus. Atqui illis etiam temporis  
 de precipuis vobiscum nunc controuersis fidei articulis, prorsus te-  
 nebat, quod hodierao die tuerit Ecclesia Romana; De Deo, de Christo, de  
 scripturarum interprete, de Pontifice, de Ecclesia, de Conciliis, de Sanctorum inuoca- Veterano  
 tione, de purgatorio, de Sacramentis, de gratia, delibero arbitrio, de iustificatione & a- doctrina.  
 liis, quod vsque adeo verum, vt quoties in veterum Romanæ Ecclesiæ Pa-  
 trium iis de rebus sententias inter disputandum Caluinus, Lutherus, & si-  
 milis incident; plus illos quam proteruere reiiciant & aspernentur: veterū  
 agitur temporibus Romanæ Ecclesiæ doctrina obtinebat in orbe.*

*Pana monachorum criminatio.* **10.** De superstitionum Pandora, quam Romani Doctores, in Ecclesia facient effundent, nouaque doctrina, quam commenti sint Monachi, nihil attinet dicere, mera calumnia est. Nam quæ maximè superstitionis & nouitatis accusantur ab illis, ea sunt fermè, quorum iam pertexui catalogum. At, ante mille & quadringentos annos, ijs nimis in temporibus, quibus ex aduersiorum quoque confessione, Romana Ecclesia adhuc in fidei puritate permanebat, eadem de illa sententia fuit, quæ nunc recipitur ab Orthodoxis. Igitur frustra est ista Monachorum criminatio. Lutherum, Ochinum, Petrum Martyrem, Hieronymum Zanchium, & huius tribus complures transfigas & Apostatas Monachos, in crimen vocent. Sed id nimis facient nunquam, quando iam inde à Christianæ religionis primordio obseruatum est, ut quos tanquam purgamina, sordes ac feces, excruislet Ecclesia Romana: eos ambabus manibus amplectentur leues homines, atque in fide instabiles, sive que perfidiae constituerent duces. Et certè magnum prudentioribus viris antiquitatis Catholicæ Romanæ doctrinæ indicium est, nullum vnamquam aliquius notæ repertum Nouatorem, vel hæreticum, quin ab illâ descivit, cum prius eum fuisse scutus. Inde autem nouam doctrinam spargere dicti sunt omnes, quod ab antiquâ defecissent; à Romanâ vero defecrant: Maneat igitur quod in mea thesi proposueram, solam Romana Ecclesia doctrinam omnium esse antiquissimam, nec quicquam adferre potuisse Marpurgenses, quo id affirmarent aut diluerent.

## THEISIS IV. MVLH.

Solam Romanam doctrinam vnam eandemq; ab initio hucusq; perseuerasse.

**I.** **A**LIVD indicium, veræ doctrinæ, constantia est. Ut enim necesse est, Ecclesiam veram Christi constantem esse, & eandem perseuerantem, cum sit supra firmam petram fundata, ita etiam, veram doctrinam, & Catholicam, non solum antiquam; (Nam sunt etiâ multæ antiquissimæ hæreses, inter quas Papismi colluuius erinet.) Sed etiam vnam eandemq; constantem esse, perseuerantemq; necesse est: [Sic enim verbum Domini in eternum permanenter, frequen-

Eadem a MARPURG.  
reformata.

**2.** **A**LIVD indicium veræ doctrinæ, constantia est. Ut enim necesse est, Ecclesiam constantem esse, & eandem perseuerantem, cum sit supra petrâ firmam fundata, ita etiam veram doctrinam, non solum antiquam (Nam sunt etiam multæ antiquissimæ hæreses, inter quas Papismi colluuius erinet.) Sed etiam vnam eandemq; constantem esse, perseuerantemq; necesse est: [Sic enim verbum Domini in eternum permanenter,

nere, frequenter dicitur: (Psal. 118. Matt. 5. Marc. 13. Luc. 16.) Solam autem Romanam, quæ dicitur, doctrinam & fidem, vnam eandemq; per mille & quingentos haec tenus annos, vnam eandemq; semper, constantem perseverasse, non aliunde puto, melius intelligemus, quam si historias; (monumenta rerum veterum; rerumq; gestarum) percurramus; & tamen, Eusebius, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Theodoretus, & si qui sunt alij antiquiores scriptores, filius Romanæ, quæ nunc est, fidei & doctrinæ laudes, progressus, hostes, patronos; ut Imperatores, Reges, Principes, Patres, Concilia, sub Romanis Pontificibus recensent, quia aliquam hæreseon, quæ hac tempestate populo venditantur; laudet, &c. inuentus adhuc est nemo. Secundum peccata nostra eueniisse, Interim, ut idem scribit ep. ad Cornelii: Ecclesia, quæ in Christum credit, & quæ semel id, quod recte cognovit, tenet nunquam ab eo discedit: illi in domo Dei permanent, plantula plantatione à Deo plantata: sed paleæ dissipantur. In tot autem ac variis fortunæ fluctibus sola reformata doctrina & fides, vna eademque per mille sexcentos haec tenus annos à Patribus ad nos propagata est: licet publicū præconiū iniuria temporū & malitia crudelissimorū hostium aliquamdiu fuerit in sylvas, montes & carceres cōpactum. Vnde præclarè Hilarius contra Auxentium: ] Malè vos (inquit) parietum amor cœpit: male Ecclesiam Dei in teatis, ædificiisq; veneramini. An ne ambiguū est in iis Antichristū esse sessurum? Montes mili & sylvae & lacus & carceres & voragini sunt tutiores: in illis prophetæ prophetabunt. ] Commodè Ambros. lib. 4. Hex. cap. 8. scribit: Ecclesia tum Veteris, tum Noui Testamenti sicut & Luna, defectus habet & ortus frequentes: puta quo ad externam faciem, non quo ad essentiam. Constantiam veritatis probamus ex scriptura sacra, quam incolumem habemus, varias vices Ecclesiæ nostræ ex Eusebio, Hieronymo, Russino, Socrate, Theodoreto, & antiquioribus omnib;

omnibus declaramus, qui de Romanâ, quæ nunc est, doctrinâ nullas laudes narrant. Quin imò, licet doctrina constantissimæ sit veritatis, ecclesiæ tamen visibilis faciem non semper fore conspicuam, ex veteribus testatur *Ioachimus Abbas in Revel. p. 2.* [Vniuersa sanctorum abscondetur Ecclesia.] Ita enim electi Dei sibi ipsis sapient, quod sapient: vt tamen prædicare publicè (præualentibus tenebris) non præfumant. Non quod animare fideles & secretius exhortari desistant, sed quod prædicare publicè non audiuntur. Et ante ipsum *Chrysostom. hom. 49. in Matth. cap. 24.* Fideles latentes erunt in locis quibusdam secretioribus, &c. Id quod ante eos quoque factum disertè testatur *Apostolus Heb. 11. v. 38.*

## V I N D I C A T I O.

*Calvinus.*

3. Inter antiquissimas hæreses *Papismi colluities* h̄c eminere dicitur, in quo certè est, quod Marburghensis Professoribus congratulemur, de collega tam insigniter in historiis versato: nimirum Doct. Schönfeldio. Meminerunt antiquissimarum hæreſeon, scriptores Ecclesiastici complures; non pauci data opera omnes conquisitas posterorum prodiderūt memoriae, vt Irenæus, Epiphanius, Augustinus, Philastrius & alij, & cum Lepsius hi- minutiores etiam persecuti sint *TOTAM PAPISMI COLLUVIEM, qua inter omnes eminebat*, præterierunt prorsus, tantò cæciores historici, quanto D. Schönfeldius oculatior. Sed quā est hic vir modestiā, veniā dabit Patribus istis, quod inter tot hæreses, *Papismi* non meminerint Solum enim propositum illis fuit eas annotare, quæ vel extitissent olim, vel quæ adhuc dum ipsi scriberent, grassarentur in mundo: non similiter illas quas post quatuordecim aut quindecim circiter ab illorum ætate, sæcula, per delirium infusoſo suo cerebro insulſus aliquis impostor per frigidam calumniam confinxisset. Pergunt tamen.

*Cyprianus  
Ecc. noſſer  
ef.*

4. Christus, inquit, *nunquam est viduus, nunquam sine ſponsa, &c.* sed quid hæc omnia siue Cypriani, siue Hilarij, siue Ambroſij, Catholicorum Doctorum dicta, Caluinianam ſectam iuvant? Si Christus nunquam viduus est, nunquam sine ſponsa, permaneatque cum illa usque ad consummationem ſæculi; fuit igitur haec tenus à mille & ſexcentis annis ſponsa ipsius id est, Ecclesia in orbe. Quænam illa? Caluiniana. Ouum nimirum ante gallinam, & ante ouum pullus: fabulæ. Superiori ſeculo natus Caluinus est, ab eo tamen inuecta religio mille & ſexcentos annos eius natalem anteuerit. Res mira!

*Religionis  
reformatæ  
propagatio.*

5. Addunt deinde in variis fortuna fluctibus, ſolam Reformatam doctrinam propagatio. & fidem, unam eandemq; per mille & ſexcentos haſtentus annos à Patribus ad nos pro pagata

pagata esse. Quod, cui riſum non moueat, Crasso ſeuerior est. A quibus enim obſecto, Patribus, doctrina vestra ad nos uisque propagata eſt? Qui ex tanto numero eius doctrinæ, vel uinco verbulo commenmit? & cum paſſim Romanam depreſident, cur tantum de Reformatâ silentium?

6. *Preconium eius, inquietum, iniuria temporum & malitia crudelissimorum hominum, aliquandiu fuit, in fylas, in montes, in carcere compactum?* Amabo te, Schönenfeldi, in quam fyluam? Arduenham vel Hercyniam? Semanam vel Vitudionam? Quibus verò in montibus doctrinæ vestræ deformatæ preconium resonuit? in Alpibus vel Olympo? Parnasso vel Gargano? Vogeso, ni fallor, aut certè Meliboco. Qui tandem ſunt tyranni, qui in vestræ doctrinæ confessores ab annis mille ſexcentis tantopere ſeuerunt? *Eiusdem gratia per securitatem.* Vtopie nimirum Reges crudelissimi; Nullus & Nemo. *Devum immortalem!* Quas fidiculas, yngulas, laminas, mamellas, olim experti non ſunt Caluiniani? Quas manicas, virgas, cataſtas, non ſanctificarunt? Quos eculeos, neruos, cippbos, compedes, laqueos, ſuo cruore non tintixerunt? Testantur hoc per Christianum orbem ab illis excitatae basilicæ & monumenta, quibus ipsorum Martyrum cineres faci conduntur & ossa. Testantur in illorum memoriam erectæ ſtatue, & ardentis fidei teſtimonia, ſuſpensi ante aras ipsorum lychni. Testantur ſacrae uestes, in quibus auro, argento, gemmis, que contextæ illorum viſuntur effigies. Demum calices, patellæ, & quicquid apud ipsos ſacrum eſt, ipsi etiam templorum parietes & fenestræ clamant, quoſ quamque inſignes & viri & feminae pro Caluinianâ fide & doctrinâ, vitam & ſanguinem profuderunt. Omitto fastos Ecclesiasticos, qui illorum tantuſ cœlitum nomina recēſent, qui Lutheranæ Schyvenckfeldianæ, aut certè Caluiniane religioni ſeſe addixiſſent in terris.

7. Addunt deinde. *Constantiam veritatis, probamus ex Scriptura ſacra, quam incoluſem habemus. varias Eccleſia noſtra vices, ex Eufebio, Hieronymo, Ruffino, So- crate, Theodoreto, & antiquioribus declaramus.* Omnia falsa. Et dilaniaſis Scripturas fœdiſſime, quod in theſin XIII. reſeruo, & eius ſenſum ſacrilegè peruerſistiſ, quod theſis XIV. monſtrabit. Ecclesiæ porro varias vices, Eufebius, Ruffinus, Socrates & antiquiores historici per eiusdem Ecclesiæ Summos Pontifices, per Concilia, per Epifcopos, per Sacerdotes, per Imperatores, Reges & Monarchs, &c. deſcribunt. Quem verò deformatæ uestræ doctrinæ proferunt iſti Summum Pontificem? quod Concilium? quos Epifcopos? quos Sacerdotes? quem Imperatorem? quos Reges & Dynaſtas. Abſconfiuerunt & latentes ob perfecutiones; ita enim forz, prædixerunt Chrysostomus & Ioachimus Abbas. Nugæ, nugarum! ſauissimis Eccleſiæ perfe- *Ioachimus Abbas.* cutionibus hi posteriores fuerunt, & prophetarunt tamen de Caluiniane Eccle-

Ecclesiæ miseriis, calamitatibus & iniuriis, quas illa sibi à seuisimis tyranis ab ipso statim Christianæ religionis exordio illatas pertulit? Deinde, neque Nero, neque Domitianus, neque Traianus, neque Decius, neque Diocletianus, nec similius quisquam alius, quantauis in Christianos debaccharetur sauitia hoc obtainere potuerunt, quin aliquorum saltet, eorum quos exagitassent trucidassentque nomina, referrentur in tabulas, posteriorumque proderentur memoria: solus Vtopia Cucagnia que rex, qui Caluinianos est persecutus, ita contra eos præualuit, ut ne vnius quidem nomen, cum plagiæ propter religionem reformatam accepisset, in scriptoris cuiuspiam annales inscribi potuerit? Quis hoc sibi persuadeat, nisi insanus?

## THEISIS V. MVLHVSINI.

*Omnes omnium temporum hæreses fuisse inconstantes.*

1. **S**ed ut nota veræ doctrinæ constantia est, ita hæreseos & doctrinæ falsæ indicium, cōtinuus ortus & interitus, *Omnis enim plantatio, quam cœlestis Pater non plantauit, eradicabitur: &c.* ut antiquas hæreses, missas faciamus, de quibus D. Augustinus suo tempore; (*in exposit. Psal. 57.*) *Multa hæreses iam emortue sunt. Cucurserunt in ruinis suis, quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riuī, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerunt: superiori seculo, vix nati erant Lutherani, cum à Zwinglianis, Anabaptistis, & Caluinistis, pendè suffocarentur. idque non sine magna Illyrici querimonia. Nunc, inquit, Germanico Propheta Martino Luthero sublato, plures phanatismi incipiunt pullulare, & paulatim regnare.* (*Prefat. 2. Centur.*) & Caluinus ipse, de posteritate, Ita, inquit, *se esse anxium, ut tamen vix cogitare audeat:* (*Prefat. Catech. Genevens. ad Fison.*) nec in anis hictimor: quantam enim cladem, posteritas hec, iam nunc ab aliis se cœs acceptis, satis Trinitariorum in Transylvania, & vicinis locis; Libertinorum in Gallia; progressus demonstrant; & Puritanorum, aliorumque Caluinianorum inter se concertationes.

## NOTATIO.

*Omissio no  
tabilis.* 2. **T**hesis hanc prorsus reliquerunt intactam, conscientia nimisrum, de perpetuâ dogmatum suorum varietate ac inconstantia cōmisi: quodque nihil reperiissent in ea, quod vel per calumniam in Catholicos Romanos retorquerent.

*Solam Romanam doctrinam Catholicaam esse.*

1. **M**A X I M U M etiam veræ doctrinæ Christi documentū est, quā latissimè diffundi, secus enim Catholicæ non fuerit. *Id enim demum Catholicum est, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditū est.* (*Vincent. cap. 3. Commonit.*) Et quidē Christi doctrinæ, hanc conditionem cōiunctam esse, ex illo Lucæ ultimo manifestum euadit. *Oportet enim in nomine eius prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum, in omnes gentes.* & *Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem & usque ad ultimum terræ.* Quousq; autem Romanæ doctrinæ sonus, iam quasi ab initio sui ortus exiūset, nempe in omnes prouincias tunc cognitas, ex Augustino, Hier. & aliis patet. (*Augusti. Epist. 78. 80. ad Hesychium. Hieronym. cap. 2. 4. Matt.*) Quousque posterioribus seculis, ex Diui Gregorij Romani Papæ epistolis, ad Episcopos, toto terrarum orbe, ipsius ætate diffusos. Quousque longe post, Diui Bernardi tempore, nempe ad Orientem, & Occidentem totum, Franciam, Germaniam, Angliam, Hispanias, & plurimas alias etiam barbaras nationes, ex Sāti illius viri historia satis perspicitur. (*Vide Gor fredum in vita Sancti Bernardi.*) Iam verò hoc tempore nullus ex integris noui orbis partibus; America, Brasilia, & aliis inuenitur, qui

**A**PPRIME etiam utile est veram doctrinam indaganti, ut eam diligat, quæ tempore Apostolorum in Ecclesia Christi fuit latissimè diffusa, id est, Catholicæ. [*Id enim demum Catholicum est, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditū est.*] Ea autem vniuersalitas pro vera habenda est, quæ Apostolorum seculo & proximis ante Vincentium seculis in omnibus ecclesiis obtinuit. Et quidem Christi doctrinæ hanc conditionem coniunctam esse ex illo Luc. vlt. manifestum euadit: Oportet enim in nomine eius prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum & in omnes gentes. Ideo non tam spectandum quæ doctrina nunc apud plures obtineat, quam quæ olim obtinuit, quamvis orthodoxa reformata doctrina per totū orbem dispersa sit: Italia & Hispania (vbi decacornis bestia regnat) non paucos confessores, doctores & martyres dederit; Germania, Gallia, Polonia, Vngaria, ut hæresi infectæ sint, non exiguo tamē numero nostræ doctrinæ accedant. Britannia & Scotia solam reformatam religionem teneant: non orbis partes, America, Brasilia, &c. nostræ fideli confessores sanctissimo purpureatos martyrio, candidatos innocentiâ alant, ut docent historiæ, negant impudenter Jesuitæ.

qui vel somniauit semel, de aduersiorum nostrorum dogmatibus. Di-  
cam breuiter, Catholica Romana doctrina, per totum orbem dispersa  
est, & Italiam Hispaniamque tenet totam. Germania, Gallia, Polonia, vt  
hæresi infectæ sint; præcipue tamen in illis caput effert Catholica Roma-  
na fides. Nullus est orbis terræ angulus, quem aliqua heresim sola, sibi ven-  
dicat.

## V I N D I C A T I O.

Vera fides  
post Apo-  
stolos.

Repugnan-  
tia.

Contradictio-

3. Magnas hic video Marpurgensium angustias. Catholicam Ortho-  
doxamque doctrinam illam censemendam, *qua tempore Apostolorum & proxi-  
mis ante Vincentium seculis in omnibus Ecclesiis obtinuit*, reuelè dicitur. Sed hoc  
nunc disputamus. Num Catholicæ illa Orthodoxaque doctrina & fides  
vna cum primis istis seculis, & ante Vincentij ætatem euanuerit? Nam  
cum sine verâ fide & doctrinâ Ecclesia consistere nequeat; totam quoque  
Ecclesiam tunc interisse necesse est: Quorsum igitur promissiones Christi  
tam amplæ? Ecce ego vobis sum usque ad consummationem seculi. ( Matt.  
vltimo) Super hanc perram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preuale-  
bunt aduersus eam. (Matth. 16.) Deinde sublatâ Catholicâ doctrinâ & vna  
cum doctrina Ecclesia Christi; quæ fuit tum mortalibus à tot seculis ob-  
tinendæ salutis ratio: cum extra Ecclesiam salus desperata sit? Miror fateri  
Marpurgeses (thesi III!) Hieronymum cæterosque veteres laudasse Eccle-  
siam Romanam, ex hypothesi, quia in fidei puritate præ ceteris permanesser, usque ad  
illa tempora, quibus illi scriperunt; cum Vincentij ætate scripserint illi, si autem  
Vincentij ætatem Catholicæ doctrina fuerit extincta, quod in hac thesi  
communiscuntur: Saltem memores esset sui Schönfeldius, vt ne quod uno  
in loco dixisset bene, tam inconstanter in alio reuocaret. Et Vincentium, &  
Augustinum pro Catholicis Doctoribus agnoscit thesi III. quomodo vero  
Catholici fuerunt, si Catholicæ doctrina proximis ante illorum æta-  
tem seculis euanuerit? Tollas ex vniuerso candorem, crûne adhuc Mar-  
purgi parientes candidi?

4. Quod si vela hic quoque vertant, ac post Vincentij secula Ca-  
tholicam doctrinam expirasse insipientur; quod usque ad nostrum æta-  
tem constans extiterit ac perseverans, ut demonstratum est thesi quartâ: ostendan-  
t obsecro, tandem quis illam professus sit, præter Ecclesiæ Ro-  
manæ, clientes qui mille iam & quingentos annos, ( prius quam  
cucullum excusisset Lutherus, & seditionibus replester Gallias, Cal-  
vinus)

uinus.) in orbe terrarum vniuerso, vocati sunt Christiani, eoquæ no-  
mine à Iudeis, à paganis, ab hæreticis, extremas iniurias & persecutions  
percessi?

5. Non illi, inquietant, sed alij soli Deo cogniti, hominibus ignoti illam profecti  
sunt, frigidum hoc simul & imprudens responsum. Quomodo enim tunc  
Eusebius, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Theodorus, & antiquiores, <sup>Repugnat</sup>  
varias eorum vires declararunt & commemorarunt laudes? quomodo  
iniuriâ temporum & malitiâ crudelissimorum hostium *in sylvas, in montes,*  
*in carceres fuerunt compacti*, ex thesi quartâ? Quis in carcerem coniicit,  
quem num sit vspiam ignorat? quis illi gladium intentat? quis minatur  
compedes?

Nemo accedit lucernam ( Matthæi 5. vers. 22.) ait Saluator, & ponit  
eam sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur domum, vi-  
deant: quomodo ergo tanto sæculorum decursu illa coelestis doctrinæ  
lucerna Ecclesia, à Christo, vt in toto mundo luceret, accensa, *in abditas*  
*sylvas, in abstrusos carceres, & loca*, vt aiunt, *secretiora*, detrusa fuit, vt nemo  
prorsus illam conspicatus commemorari possit, donec Lutherus sacrile-  
gas meditaretur nuptias, aut stigmate inureretur Caluino cutis? Dei ciui-  
tas Ecclesia est, exagitari, oppugnari, diripi, probriis ac maledictis, omniq[ue]  
scelere ac crudelitate vexari potest, *quia tamen supra montem posita, abscondi*  
*non potest.* ( Matth. 5.)

6. Caluinismus porrò, qui orthodoxæ reformatæ doctrine pallio obtegi-  
tur, si per totum orbem dispersus est, (quod ipsi probabant nunquam)  
dispersus est, vt inter triticum zizania, & inter herbas salutares, passim lo-  
lium ac cicutæ. Si quos habeat Italia & Hispania ciuii sectatores, eos haber  
vt corpus bene satum, noxiros, sed paticos tamen humores, & redundan-  
tia phlegmata. Germania, Gallia, Polonia, Vngaria, de quibus gloriamini, et  
iam si tanto vobis numero accederet, quanto ad Arianam hæresim olim totus  
orbis, nihil tamen tanta accessio vestram excusaret perfidiam. Britanniæ  
& Scotiam Puritani potius quam vos occupant. Plurimos etiam illis in lo-  
cis versari Catholicos, tot carnificinæ testantur, quibus iniustissime ho-  
mines innocentes sub prodictionis titulo dilacerantur; non minus crude-  
liter, quam olim Imperatore Nerone, sub incendijs prætextu Christiani  
mactabantur. Quam futile vero, quod de America & Brasilia comminisci-  
mini? Sed, inibi sitis etiam, non aliter tritis tamen, quam ut inutilia far-  
menta, agricolæ falce præcisa. Admodum in vos vestique similes Lu-  
theranos, Zwingianos, Puritanos, Libertinos, &c. illud D. Augustini de  
Pastoribus cap. 8. quadrat appositè. Non omnes hæretici inquit, per totam fa-  
gustine-  
Quomodo  
vbiq[ue] ha-  
refes ex An-

ciem terræ. Alij hic, alij ibi, nusquam tamen desunt. ipsi se non nouerunt. Alia secta in Aphrica, alia heres in Oriente, alia in Aegypto, alia in Mesopotamia: diuersis locis sunt diuersa, sed una mater *S V P E R B I A* omnes genuit: sicut una mater Catholica, omnes Christianos fideles toto orbe diffusos. verbi gratia. est in Aphrica pars Donati (in Gallia pars Caluinii) Eunomiani non sunt in Aphrica. (Flaciani non sunt in Gallia) sed cum parte Donati (Caluinii) est hic (in Gallia) Catholica. Sunt in Oriente Eunomiani, ibi autem non est pars Donati, sed cum Eunomianis est ibi Catholica. Illa est tanquam vitis crescendo vbiique diffusa. illi sunt tanquam sarmenta inutilia agricola falce præcisa. merito sterilitatis sua, vt vitis putaretur, non amputaretur. Sarmenta ergo illa vbi præcisa sunt, ibi remanserunt, viti autem crescens per omnia & sarmenta sua nouit, quæ in illa remanserunt, & iuxta se, quæ de illa præcisa sunt.

**Quid Catholicum?** 7. Concludimus igitur cum Augustino & Vincentio, qui solum id Catholicum censendum existimat, *Quod vbiique, quod semper, quod ab omnibus creditum est*: Solam Romanam doctrinam Catholicam esse: Sola enim illa *V N A E A D E M Q Y E* vbiique fuit & est: Nusquam enim heres, quin, vt ait Augustinus, ibidem sit quoque Catholicæ. quamquam non vbicumque Catholicæ, ibi quoque *V N A E A D E M Q Y E* sit heres, sed alia atque alia in diuersis locis, & sapè cum Catholicâ, nulla. Fuisse verò eandem doctrinam semper & ab omnibus, qui salutem adepti sunt, creditam, satis superque veterum monumenta testantur, & demonstrabunt euidenter, quæ deinceps proponemus,

## THEISIS VII. MVLHVS.

*Solius Romana Ecclesia dogmata, ex antiquitate ad nos usque successione deducta fuisse, vt nouitates contraria.*

1. **V**ENIO nunc, ad aliud veræ Christi doctrinæ insigne, per omnes scilicet ætates, ad nos usque deductam successionem, quod sapientissimè ex illis Apostoli verbis, [O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, *Vincentius Lyrin. c. 26. 27. 33. Vide Tertul. prescript. heret. cap. 19. 20. 21. deducit*: *vocum nouitates*,] orthodoxæ doctrinæ opponens. [Vocum, inquit, nouitates, id est, dogmatum, rerum, sententiarum, nouitates, quæ

## EADEM MARVYRG. VI.

2. **V**ENIO nunc ad aliud veræ Christi doctrinæ insigne, per omnes scilicet ætates, ad nos usque deductam successionem, quod sapientissimè ex illis Apostoli verbis, [O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, *Vincentius Lyrin. c. 26. 27. 33. Vide Tertul. prescript. heret. cap. 19. 20. 21. deducit*: *vocum nouitates*,] orthodoxæ doctrinæ opponens. [Vocum, inquit, nouitates, id est, dogmatum, rerum, sententiarum, nouitates, quæ

icos. c. 19. 20. 21.) deducit; *vocum nouitates*, Catholicæ doctrinæ, quæ vna eademque, per singulas ætatum successiones, incorrupta veritatis traditione manet, opponens. *Vocum, inquit, nouitates*, id est, dogmatum, rerum, sententiarum, nouitates, quæ sunt vetustati, quæ antiquitati contraria. Quæ, si recipientur, necesse est, vt fides beatorum patrum aut tota, aut certè magna ex parte violetur; necesse est, vt omnes omnium ætatum fideles; omnes sancti; omnes casti, continentes; virgines; omnes clerici, Leuitæ & sacerdotes, tanta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot Insulæ, Provinciæ, Reges, Gentes, Regna, nationes, totus iam penè terrarum orbis, per Catholicam fidem, Christo capitî incorporatus, TANTO seculorum TRACTU ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid credet, pronuncietur.] Hæc sanctus ille vir ante mille ducentos annos, qui si viueret hodie, tribus verbis diceret, deuita vocum nouitates, id est, Papistarum, Vbiquitistarum, Anabaptistarum & similium dogmata; quæ si recipientur; vt fides beatorum patrum violetur, necesse est, &c.

## VINDICATIO.

3. Rectè Isaías de his Doctoribus. Incrastatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suis compresserunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Neq; enim quicquam dubito, quin vt superius thesin quiatam numero, ex suis eraserunt, ita & hanc septimam voluissent expundam, si rationis quæ ea concluditur, vim & efficaciam satis perceperent.

Inconfide-  
rantia.

Ratiocina-  
rio ex Vin-  
centio.

percepissent. Quemadmodū enim superior illa quinta, hæresim istorum conuelli & labefactat, ita hæc septima, eandem euertit proflus atq; prosternit. Queritur: quænam inter tot fidei doctrinas, quæ sub Christi nomine hodie venditantur populo, ex antiquitate ad nos usque sit deducata? Lutherana an Caluiniana, vel similis aliqua? Suam contendunt Marburgenses, ex istis Vincentij citatis verbis. At, Vigilantne vel dormiunt? Sic enim ex Vincentio sermocinor.

4. Illa doctrina ex vetustate ad nos deducata est, quæ si recipiatur, nihil est neceſſe, vt fides beatorum Patrum, aut tota aut magna ex parte violetur, &c. illa contra no-nam, quæ si recipiatur, neceſſe est, vt fides illa violetur, sequantur q̄z cetera, quæ recenset hic Vincentius.

At, Si Romana doctrina recipiatur, nihil est neceſſe vt fides illa violetur, vt sequantur illa quæ hic recenset Vincentius incommoda: Si verò Lutherana, Caluiniana, vel quilibet à Romana diversa recipiatur, illa omnia sequentur, vt facile aduertet quisquis singula perpendere: Romana igitur doctrina sola ex vetustate deducata est, non Lutherana, Caluiniana, vel quævis aliarum.

Obsecro Lectorem, siue noster siue aduersariorum sit, singulas huius ratiocinationis partes trutinet, & cum Vincentij verbis conferat diligenter. Nullum equidē tam mucosis naribus reperi posse censeo, quin Marburgensium impudentiam non persentiscat. Quos enim, bone D e v s , iuæ doctrinæ & fidei omnium ætatum proferent castos, continentes, virgines? Quos clericos, Leuitas, Sacerdotes? & ne singula perscrutemur, quos Reges, provincias, Insulas, in quibus tanto sæculorum tractu illorum doctrina obtinuit? Atque vt repugnante conscientiâ, in hac se thesi versatos testarentur, cum descripsissent quomodo cunque cetera, præterierunt tamen hæc mea verba. (Quæ (doctrina) una eademque per singulas atatum successiones incorrupta veritatis traditionem manet.) Nimicum, quod saepius iam animaduersti superius, ad successionis legitimæ Traditionis quæ mentionem expallescunt & hærent. Probè sibi concij, quod neceſſe habeant, si doctrinam suam per legitimam successionem traditionemque deducere iubentur, in Luthero, vel Zwinglio, vel Galuino subsistere. Ante hos igitur quid? Perperam scilicet euangelizabatur, (vt Marcionem & Valentimum perstringit Tertullianus,) perperam credebatur, tot millia millium perperam tinea. tot opera fidei perperam administrata. tot virtutes, tot charismata, perperam operata. tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa. tot deniq; martyria perperam coronata. Aut si non perperam, nec in vacuum, quale est, vt ante res Dei currerent, quam cuius Dei notum esset? ante Christiani quam Christus inuentus? ante hæresis quam vera doctrina? (de prescript. cap. 29.)

Omissio-

Tertullianus.

6. Atque

6. Atque ex his satiſ demonstratum pacatis ingenij existimo, solius Romanæ Ecclesiæ dogmata, ex antiquitate ad nos usque successuē deducta fuisse, vt nouitati contraria.

### THEISIS VIII. Mylhys.

Solam Romanæ Ecclesiæ doctrinam primi-  
tiua Ecclesia doctrina esse conformem.

C Vm hac nota plurimum con-  
iuncta est, quæ nunc sequitur: nempe Catholicæ Romanæ doctrinæ consensus & concordia, cū prophetarum, Apostolorum, eorumdemque discipulorum sententia, qua de re luculenter testantur Ecclesiarum nostrarum confessiones. Tam diu certi sumus de Spiritus sancti ductu & moderamine, quam diu sancta prophetarum vestigia & Apostolorum in Canonicis scripturis expressa premimus & studiosè legimus. Nam Catholicæ non erit doctrina. vt Vincent. Lyrin. aduertit. [Nisi in ipsa vetustate sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones, sententiasque segetur. cap. 3. Hinc Anselmus in comm. in 1 epist. ad Corinth. In libris sanctorum Doctorum, quos authenticè legit Ecclesia, nonnunquam inueniuntur prava, vel hæretica; non tamen pro his vel libri vel authores damnantur: perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet verum esse quod dico. Sextus Senensis in prefat. lib. 5. Biblioth. Veteres dum unum errorem omnium vitium conatu destruere annuntiuntur, sapienter in alterum errorem vel deciderunt, vel quodammodo decidisse videantur agricolarum more, qui

### Eadem ex Marpvr. VII.

Magde-

F incur-

Magdeburgenses. (Cent. 2. cap. 4. & incursum teneræ arboris stipitem alibi sepius.) ut omittamus conutia, corrigere volentes, immoda non quibus hi patres onerant. Quare, nunquam attractione modum ex cum confitentes habeamus reos, cedunt, plantamque in contrariam non sunt huius rei plures adsciscendæ probationes. Item Canus vester L. C. lib. 11. c. 6. Non omnia, quæ magni authores scripserunt, sunt vndeique perfecta. Nam & labuntur aliquando, ut ille ait, & oneri cedunt: & indulgent ingeniorum suorum voluptati: vulgoque interdum etiam indulgent. ] Non ideo auctorū, quod fundamento superadficarunt patres, aspernatur, quod faciū & stipulas, cum D. August. lib. 2. ad Cresc. c. 32. repudiamus. Amplius enim August. effatum epist. 48. ad Vincent. Donatist. Hoc genus literarum ab autoritate Canonis distingendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contrafentire non licet, sicutib[us] fortè aliter sapuerint, quam veritas postulat. Vide epist. 19. ad Ilicon.

## VINDICATIO.

Tergiuer.  
fatio.

Effigium.

Apostolo-  
rum dis-  
cipuli quid-  
nam?Confessio-  
nes Refor-  
matorum.

3. Insignem Marpurgensium tergiuersationem hic expendat lector. dogmata sua nouitatis, & à veterū quos haec tenus agnouit Ecclesia Patrum doctrina, discrepantiæ coargui, stomachantur: ea tamen cum eorundem Patrum commentarijs & sententijs comparati, ut ex ijs qualia sint iudicentur, quod postularam in thesi mea, nullo modo fertunt; & si hoc vrgeas, fremunt quoque. Ab his igitur ad consensum & concordiam sua doctrinæ, cum Prophetarum, Apostolorum, eorundemq[ue] discipulorum sententia prosecuantur. Atque consensum hunc atq[ue] concordiam, ex Ecclesiarum suarum confessionibus estimari volunt. Omnia inheptè. Cur enim à Partibus ad Apostolos appellant, nuper ad 1. thesin secundæ huius partis exposui satis. Quinam vero fuit intelli Prophetařim Apostolorumq[ue] discipuli, præter istos, quos appellamus Patres, neque sciunt ipsi, neque docere possunt alios. Solum diuinant, dubio procul extitisse nonnullos eiusmodi, eosq[ue] secum fecisse. Quid vero tergiuersari est, & diuerticula querere, si hoc non est? Illorum porrò confessiones tam turpiter variant, ut de ipsarum consensu & concordia, cum Prophetarum, Apostolorum, eorundemq[ue] discipulorum sententia, difficilius sit iudicare, quam de abscondito alicubi thesauro, ex crocitatione coruorum. Aliam namq[ue] confessio Lutheranorum est, alia Calvinianorum, alia Syngfeldianorum, & aliorum alia. Qualem enim quisque finxit fidem, talem quoque somniauit fidei confessionem, quoties vero propriam confessionem suam, eiusdem quoque sectæ professores inconstantissime mutent, atq[ue] reformati,

nihil

nihil attinet commemorare. Testis omnium augustissima sit & Aucta cæterarum Augustana confessio, mutata transformataque rories ut ipsa vix Auguſtana agnoscat amplius scipsam. Inspiciamus cætera. Catholica, dicunt, non erit confessio. doctrina, nisi in ipsa vetustate sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones, sententiasq[ue] sectetur. Merito hic Marpurgensium desidero prudentiam. Nam, que Catholicam non fore doctrinam fatentur, nisi in ipsa vetustate sacerdotum Inconsid- pariter & Magistrorum definitiones sententiasq[ue] sectetur; non aduentunt tamen, si loquuntur serio oportere se, in omnibus quæ contra Catholicos, Ro- manos nunc defendunt dogmatibus, vel terga vertere Caluino, vel certè in ipsa vetustate sacerdotum pariter ac Magistrorum definitiones senten- tialq[ue] repudiare. Nam pessimè sibi cū vetustate conuenire, nō semel pro- fitetur Caluinus aperte. ut de diuina gratia cū voluntate nostra cooperatione (lib. 2. inst. c. 3. §. 7. & lib. 3. c. 11. §. 15.) De subiectione Christi, respectu Patris diuinitatis etiam ratione. (lib. 2. c. 16. §. 3.) De peccati famâ (lib. 3. c. 3. §. 10.) De satisfactio- ne, (lib. 3. c. 4. §. 38.) De suffragijs pro defunctis, (lib. 3. c. 5. §. 10.) De merito bono- rum operū. (lib. 3. c. 15. §. 2.) De pœnitentia. (lib. 4. c. 4. §. 10. & c. 12. §. 8.) De qua- dragefima obseruantia. (lib. 4. c. 12. §. 20.) De sacerdotum coniugio. (ibid. §. 23.) De baptismo laicorum necessitatis tempore. (lib. 4. c. 15. §. 20.) De sacrificandi modo. (lib. 4. c. 18. §. 21.) Quæ paucula inter alia innumera solus Bellarminus lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 9. annotauit.

4. Videantigitur nunc isti, & quomodo Caluini placita sectentur, & Repugnat sua simul dogmata ex vetustate sacerdotum & Magistrorum definitio- bus sententijq[ue] repellant. Quæ deinde ex Anselmo, Sixto Senensi, Melchiore Cano & D. Augustino proferunt, quid nobis aduersantur? Non iij sumus, qui sanctorum Patrum dictis tantum deferant, quantum scripturis Canonici. Homines eos fuisse meminimus & hallucinatos aliquando. Sed, nunquid Lutherus, Zwinglius, &c. angeli sunt, quia Patres homines. Nunquid quia verbo lapsi nonaunquam Patres, Lutherus, Zwinglius, Caluinus, semper ediderunt Oracula? Imò quod in his, quam in Partibus. (si ue morum spectes honestatem, & vitæ innocentiam, siue doctrinæ sincere- titatem & constantiam.) multò se prodiderit magis humani generis im- becillitas & fragilitas; iccirco vetustis Patrum decretis standum potius arbitramur, quam illorum nuper natis opinionibus, confessionibusq[ue] Metrâ Erisichtonis mutabilioribus.

5. Quod vero plerique omnes oggianunt Sectarij, nullā doctrinæ nostræ concordia cum unanimi Patrum consensu querendā, q[ue] ipsimet inter se quoq[ue] nō consenserint undequaq[ue], id facile diluitur. Neq[ue] n. necesse est, vt Catholica doctrina censeatur, cā cum omniū prorsus Patrum doctrina Confessio cum Patris bus quid requirat.

congruere, sed cum illorum duntaxat, qui in fide & communione Catholica sancte, sapienter, constanter viuentes, docentes & permanentes, vel mori in Christo fideler, vel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quicquid vel omnes vel plures, uno eodemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo, firmauerint, id pro indubitate, certo, ratio, habeatur. Quicquid vero, quantum ille sanctus, & doctus, quamvis Episcopus, quamvis Confessor & Martyr, preter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & priuatas opinioinculas, à communis, publica ac generalis sententia auctoritate secretum sit, ne cum summo eterna salutis periculo, iuxta sacrilegam hereticorum & schismatistarum consuetudinem, vniuersalis dogmatis veritate dimisā, vnius hominis nouium sectemur errorem. (hæc Vincentius commonit. cap.39.)

*An omnes errant?*

*Tertullianus.* 7. Sed quid, si in vnum errorem consenserint omnes Patres? An propterea errantium multitudo, patrocinaretur errori? Sic enim instant isti. At, inanis hic metus est. Cum enim tam multas tamque insignes haberit haec tenus orbis in Africâ, in Asia, in Europa Ecclesiæ, totque eorumdem Rectores & Pastores, quis sibi persuadeat Spiritum sanctum ex toto illo numero nullum respexisse, vt eum in veritatē deduceret, ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus à Patre, vt esset Doctor veritatis? Neglexerit, inquit Tertullianus, officium Dei villicus, Christi vicarius (Romanus Pontifex) Sinens Ecclesiæ aliter, interim intelligere, aliter credere, quam ipse per Apostolos præditabat. Ecquid verisimile est, vt tot ac tanta in una fide errarent? Nullus inter multos euentus est unus exitus: variasse debuerat error doctrina Christiana Ecclesiæ. Ceterum, quod apud multos unum inuenitur, non est erratum, sed traditum. Audeat ergo aliquis dicere illos errasse qui tradiderunt? (cap. 28. de præscript.)

7. Itaque, cum in tantâ doctrinâ varietate, nulla sit quæ consensum suum & concordiam cum veterû doctrina ex ipsorummet veterum commentarijs, definitionibus, sententiisq; iudicari sustineat præter Romanâ, quæ sola exultat, si quando de præcipuis, quæ hodie controvèrtuntur dogmatibus (de prædestinatione, de peccati causa, de Eucharistia, de diuinâ gratia, de libero arbitrio, de bonorum oporum meritis, de purgatorio, Sanctorum inuocatione, & similibus.) ad Antiquitatis venerandæ vocetur tribunal, quod tandem tergoriè tergiuerando diffugiunt aduersarij: manifeste conspicitur quoque, nullam ex omnibus, præter Romanam, primiua Ecclesiæ veterumque doctrinæ conformati.

Solos Romana doctrina Professores inter se concordes esse.

1. Sed præterea, non est solum Romana doctrina, cum veterum doctrinâ definitionibus, siue Græci sint illi, siue Latini conformis, sed etiam, quicunq; iam eam profitentur, ita inter se in iis, quæ ad fidei decreta fundamentalia & ad salutem necessaria, spectant, sunt vñanimes (licet in externa Ecclesiæ politia ac ceremoniis non nihil sit differentia) vt quod mireris, ne in toto quidē terrarum orbe, si vñus, qui alterius dogma, quod Ecclesiæ Romanæ decretum norit, pro heresi vel errore proclameret, vt plane illud D. Pauli apud ipsos locum inteneret. (Rom. 15. & 1. ad Corinth. c.1. Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; siis autem perfecti, in eodem sensu, & in eadem sententia; vt vñanimes, & vno ore, honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. quomodo autem, qui discessionem à Romana hac unitate fecerunt; inter se digladiantur, dum alter alterum dicunt, & scriptis, hereticos nomine infectant & exagitant, lippis & tonsoribus, iam notum est. Imò etiam, vt quo Spiritu, Romanam concordiam oderint, manifestum faciant, iidem sibi ipsi frequenter aduersantur. Atque hanc etiam omnium veterum hereticorum indolem suisse, patet ex historiis. Vnde etiam Sozomenus refert, multos ob hereticorum dissensiones & contradictiones, quibus se ipsos implicuerint, ad Catholicos rediisse. Sozom. lib. 7. c. 12. vnde etiam Sozomenus refert, multos ob hereticorum dissensiones & contradictiones quibus se ipsos implicuerint, ad Catholicos rediisse. Sozom. lib. 7. c. 12.

**Concordia Reformationis.** 3. Eiusmodi prorsus illorū est doctrina, qualis inter ipsos consensus & concordia. Eam verò iam olim D. Ambrosius Eudoxij, Eunomij, Arij, Aetijque exemplis declarauit. Plura sunt, inquit, nomina, sed una persidia, impietate non dissonans, communione discordans, non dissimilis fraude, sed cogitatione dīserta. Cur enim secum conuenire noluit, non intelligo. Eunomij (Lutheri) personam diffugiunt Ariani, (Caluiniani) sed eius persidiā afferunt, impietatem exequuntur. Itaque nunc in plures se ē diuisere formas. Alij Eodoxum, (Zwinglium) alijs Eunomium, (Lutherum) alijs Aetium, (Caluinum) alijs Palladium, (Schwengfeldum) alijs Demophilum, (Flacium) alijs Auxentium, (Schmidlinum) vel persidiā eius heredes, sequuntur. Nunquid diuisus est Christus? (lib. i. de fide cap. 4.) Et scitissimè Tertullianus: Mentior, inquit, si non etiam à reguli suis variant inter se, dum unusquisque perinde suo arbitrio moduletur quae accepit, quemadmodum de suo arbitrio ea compositū ille, qui tradidit. Agnoscit originem suam & originis suae mortem profectus rei. (de præscript. cap. 42.)

**Dissensio, & inquisitio:**

**Repugnatio.**

**Sturmii sententia.**

**Ietzleri testimoniū.**

4. A veterum deinde siue Græcorum, siue Latinorum Patrum nobiscum consensu, iterū hīc ad Prophetas & Apostolos appellant, cuius causam ad I. thesin huius partis exposui. In iis verò qua ad fidei decreta fundamentalia spectat consensum suum quā fronte nobis obiliunt? Si, n. in fundamentalibus arg. ad salutem necessariis, tanta est inter ipsos cōcordia, totaq. de externa Ecclesie politia ac ceremoniis controversia sit; cur se ē tam atrociter cōvitiis mutuis publicē & priuatim, scriptis & dictis infestantur?

5. Certè Ioan. Sturmius, longè aliis de rebus quā externis cæremoniis eos rixari testatur aperte, in eo scripto, qd de ratione concordiæ ineunda diuulgauit? Inter Ecclesias, inquit, Euangelicas pricipia cōtroversia ha sunt: De Cœna Domini, de prædestinatione seu prouidentia Dei, de persona Christi, &c. Item, certum est, causam Eucharisticam, fontem esse & originem multarū aliarū pernicioſarū rixarum, videlicet, de persona Christi, de eius ascensione ad cœlos, deg. ipsius ad dexterā Patris sessione, deg. quibusdam aliis, quibus pricipiū fidei nostra articuli labefactantur, &c. & deinde. Hī paradoxis opinionibus, fundamenta religionis nostra cōnuelluntur, pricipiū articuli in dubium vocantur, multa heresies in Ecclesiis Christi inuehūtur, & planè ad Mahometismum & Atheismum paratur via. dictum verissimè. Iam verò quam bellæ in fundamentalibus atque ad salutem necessariis consentiant, non aliunde puto certius, quam ex ipsorummet testimoniis demonstratur.

6. Scriptus Ioannes Ietzlerus Schafhusianus, de diuturnitate belli Eucharistici

librum, in quo cum multa sint, quæ ad hunc locum pertinent, tum illa præcipue quæ circa paginam 93. recensentur. Cum hec (conuicia) ad aures Lutherorum peruenirent, inquit, longe duriora in aduersarios emiserunt verba: afferendo quod sint mendaces, quod falsarij, quod sacramentiperda, quod sacramentorum hostes, quod corruptores testamenti Christi, quod ruant in tartara, quod suo iudicio damnati. Zwingliani, durios appellati, duriora & ipsi cooperunt proferre. Unde vocarunt Lutheranos, Anthropophagos, hematopotas, Thyeſtas, carnifices, Christicidas, artolatras, impanati Dei cultores, abnegatores redēptionis per Christum, Euthyeanos, Schwengfeldianos, eversores complurium articulorum fidei. Hī excitati Lutherani, vocarunt Zwinglianos coniuctos hereticos, demoniacos, diabolis omni ex partione. Consultatione, ante, pone, supra, infra, intus & extra obſessos: diaboli martyres, gladio potius Magi angelice. stratus ciuilis, quam verbis refellendos, abarcendos à sacris, ex Ecclesia exſirpandos funditus, fugiendos ab omnibus bonis, indignos pro quibus oretur, ex foderibus Regum ac Principum excludendos, annumerandos cum Anabaptistis, Nestorianis, Arianis, Turcis: omnium mortalium quos vñquam terra sustinuit, deterrimos, nec non in sempiternum dammandos. Nunquid hæc pulchra in fidei decretis fundamentalibus, consensus Reformatorum sunt indicia?

7. Atque vt ne quis inter Sacramentarios & Lutheranos duntaxat istas esse rixas & contentiones arbitretur; ipsos quoque Sacramentario- rum duces inter se ē aceritam depugnare, Beza testatur de æterna Dei prædestinatione ad Sebastiani Castellionis calumnias (ita enim inscribitur Commentarius) responsio vna; & deinde ad defensiones & reprehensiones eiusdem Castellionis, quibus suam noui testamenti interpretationem defendere aduersus Bezam & eius versionem vicissim reprehendere conatus est; responsio altera. In quibus non de externis cæremoniis & ritibus, sed de salutis nostræ fundamentis agi, ipse met Beza moneretur.

8. Fumi sunt igitur & pappi, quæ de suorum in fundamentalibus fidei decretris consensu atque concordia, simplicioribus obtrudunt Marpurgenses, vt aceritima bella, quæ Caluiniani in Anglia, Scotia, Hybernia, & alibi, cum Puritanis gerunt; prorsus omittam.

9. Certè ad externam Ecclesie politiam, quod attinet & cæremonias, est in Romana Ecclesia pro diuersissimarum nationum in his quoque magna varietas: An propterea inter se ē de fide fideique doctrina digladiantur? Cur toties rogati prouocatique Nouatores, ne vnicum tandem dogmatis fidei exemplum proferunt, in quo non omnes Catholici consentiant? Victores enī illos tunc, in hac tota causa abituros certò pollicemur.

Ceremonia run varie- tas in Ro- mana.

*Norma cōcordia.*

10. Quam verò pulchra concordia norma est, quam rixis & contentionibus suis prætexunt! *Qui Reformatorum doctrinam profitantur ita sunt, inquieti, inter se vñanimes, vt quod mireris, ne in toto quidem terrarum orbe sit vnus, qui alterius dogma, quod sacra Scriptura consentaneum norit, pro heresi vel errore proclamer.* O insignem concordia formulam! quā non solum Lutherani cum Caluinianis, sed cum veteribus etiam hæreticis & sectariis vniuersis; Arianis, Eunomianis, Nestorianis similibusque monstris, facilimē foederarentur. Nullus vspiam hæreticus extitit, qui pro hæresi vel errore proclamarit alterius dogma, quod sacrae Scripturae consentaneum iudicauit, an propterea in fidei doctrina, vel inter se vel cum Lutheranis & Caluinianis dicentur consiprass̄? Hinc ortum inter omnes omnium temporū & ætatum hæreticos, duxit discordia, vnde & hodie dicit, quod nimis vñus hoc, alijs aliud à se confitūm dogma scripturis consentaneum contendat, nec nullus sit, qui legitimū admittat iudicem, qui, num huic vel isti scripturæ patrocinentur, decernat.

*Scholasticorum rixa iterum hic nobis scholasticorum quos Romanum lupanar ingressos calumniatur iste de quibus disceptationes inculcent.*

Non enim illæ de fide instituuntur, sed de commodiорibus fidei mysteria & de cœta (in quæ iurarunt omnes) contra infideliū & hæreticorum perfidiam & fraudes, explicandi defendendiq; modis & rationibus. *y.g. Quin D e v m vnum in essentiâ & trinum in personis firmiter credat, nullum est reperire scholasticum.* quomodo tamen vñus in essentia sit, & trinus in personis, aliter explicant, qui D. Thomam Aquinatem sectantur; aliter, quibus Scotti philosophandi ratio magis arridet. Hinc igitur inter ipsos disceptationes variaz, & satis nonnunquam implicatae. Vt quid persona sit in diuinis, constituaturne per proprietates ab solutas vel per respectivas, pluresne sint in diuinis, subsistentiaz quam tres, licet personarum numerus ternarium non excedat. Quænam generatio- nis verbī ratio? quomodo à Spiritu Sancti processione distinguitur? & similes: de quibus inter se dum sobrie disputando suas sententias & definitiones, semper diuinis literis Ecclesiæque iudicio subiiciunt, Thomistæ, Scotistæ, ac cæteri, qui Angelicorum, Seraphicorum, &c. nominib; à Marpurgensibus significantur: non magis de fidei decretis digladiari dici possunt, quam Christiani Philosophi, qui, cum mundum à Deo productum in tempore fateantur, ex scripturis, nihilominus adhuc litigant. Num omnia sint producta simul? an prius pars vna post alteram? Potueritne Deus ab æterno eundem producere, & an plures certo numero comprehensos, an infinitos? Nihil igitur, quam suam inscitiam produnt Marpurgenses, dum scho-

Scholasticorum has, in rebus adiaphoris & philosophicis disputationes, pro dissensionibus & rixis in fidei dogmatibus, simplicioribus & imperitis venditant.

12. Quia igitur non solum cum antiquis Patribus, sed inter se quoq; in fidei dogmatibus eiusdem sint Romanae doctrinæ Professores, sententie, nulla est velleuis dubitatio; cum interim non graue modo ac perniciosum Reipublicæ Christianæ bellum gerunt, de doctrinâ, tam Lutherani cum Caluinianis, quam Lutherani cum Lutheranis, & Caluinianicū cum Caluinianis, & cum cæteris cæteri.

*Solem Romanam Ecclesie doctrinam Ethnicos conuertisse.*

1. **A**LIA etiam veræ doctrinæ demonstratio est, eius vis & efficacia ad conuertendas animas, vt etiā superius in vniuersum, de Christianæ fidei veritate, dicebam. Solus enim Dei sermo viuus est & efficax. Papistis verò ambitiose iactantibus quod terrarum orbem Christo adduxerint, illud Hilarij ex lib. cont. *Auxent.* dictum esto: ] Oro vos, Episcopi, qui hoc vos esse creditis, quibusnam suffragiis ad prædicandum Eu angelium Apostoli vñi sunt? quibus adiuti potestatis Christum prædicauerunt, Gentesque ferè omnes ex idolis ad Deum transtulerunt? Anne sibi aliquam assumeret è palatio dignitatem, hymnum Deo in carcere, inter catenas & post flagella cantantes? edictisque Regin Paulus cum in theatro spectaculum impse esset, Christo Ecclesiam congregabat? Nerone se(credo) aut Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odiis confessio diuine predicationis effloruit.

G

*Angelici, Seraphici, quinam?*

**A**LIA etiam, veræ doctrinæ demonstratio est, eius vis & efficacia ad conuertendas animas, vt etiā superius in vniuersum, de Christianæ fidei veritate, dicebam. Solus enim Dei sermo viuus est & efficax. Papistis verò ambitiose iactantibus quod terrarum orbem Christo adduxerint, illud Hilarij ex lib. cont. *Auxent.* dictum esto: ] Oro vos, Episcopi, qui hoc vos esse creditis, quibusnam suffragiis ad prædicandum Eu angelium Apostoli vñi sunt? quibus adiuti potestatis Christum prædicauerunt, Gentesque ferè omnes ex idolis ad Deum transtulerunt? Anne sibi aliquam assumeret è palatio dignitatem, hymnum Deo in carcere, inter catenas & post flagella cantantes? edictisque Regin Paulus cum in theatro spectaculum impse esset, Christo Ecclesiam congregabat? Nerone se(credo) aut Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odiis confessio diuine predicationis effloruit.

III

dalos, Sclauos, Polonos, Danos, Morauos, per Monachos Corbeenses, ut ipsi met testantur Magdeburgenses Centuriatores. Noruegiam, per Adrianum quartam, ante suum Pontificatum, ab Eugenio Pontifice missum; ceteram, testatur Platina. (*Fatentur hec Centuriatores. Cent. 6. cap. 2. Cent. 7. cap. 2. Cent. 8. cap. 2. Cent. 9. c. 2 Cen. 10. c. 2 De Thuringorum conuersione per S. Bonifacium, vide Casarem Baronium, To. 9. anno Christi 719. Gregorij Pap. 2. anno 5. & duas Epistolas eiusdem Pape ad Nobiles & Populum Thuringorum sub anno Christi 723. & aliam ad Saxones ibidem.*) Denique ut similes conuersiones plurimas omissam antiquiores, hoc nostro seculo, in nouo orbe, multa Centili- um millia, Catholici Romani conuerterunt, quamplurimos etiam Iudeos alibi, non paucos Turcas. Simile quid vlli temporis heretici proferant, de iis, quibus Christus antea fuerat incognitus. De cetero recte Tertullianus. *De verbi autem administratione quid dicam?* Cum hoc sit negotium illis (hereticis) non Ethnicos conuertendi, sed nos tuos euertendi; hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus elevationem operentur, nostra suffodiunt, ut sua edificant, &c. (*De script. cap. 42.*)

Illi manu atque opere se aentes, inter cœnacula secreta que coœuntes, viros & castella, Gentesque fere omnes terra ac mari contra senatus consulta & Regum edicta peragrantes, claves (credo) regni eclariorum non habebant? An non manifesta tunc se Dei virtus, contra odia humana porrexit? Cum tanto magis Christus prædicaretur, quanto magis prædicari inhiberetur. At nunc, pro dolor! Diuinam fidem suffragia terrena commendant; inopsque virtutis sua Christus, dum ambitio nominis suo conciliatur, arguitur. Terret conciliis & careeribus ecclesia, credique sibi cogit, quæ exilis & carceribus est credita: pendet ad dignationem communicantium, quæ persequentium est consecrata terrore, fugat sacerdotes, quæ fugatis est laicis propagata: diligiq; se gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eam mundus odisset] Inanis igitur est lesuitarum, qui Apostolorū sibi arrogant opera, gloriatio. Hilar. air. I. Apostolos gentes ferè omnes ex Idolis ad Deum transtulisse. II. Apostolos inermes & inopes ecclesiæ in omnes terræ partes expandisse: contra Ecclesiæ profuges, qui posterioribus seculis exercunt, carcere & armis gentes terruisse; adeo quidem, ut verè Apostoli, si reuiniscerent, contra istos Tertullianum laudarent dicentem: [De verbi administratione quid dicam? Cū hoc sit negotium illis (Papifis) non ethnicos conuertendi, sed nos tuos euertendi, hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus elevationem operentur, nostra suffodiunt, ut sua edificant, &c. de script.

*script. cap. 42.]* Quomodo etiam Romanenses in nouum orbem armati impetum fecerint, multa Gentilium millia crudeliter dilaniauerint, supplices etiam obtruncauerint, historia restatur. Quid immemores eius, quod *Lact. Inst. diu. lib. 5. c. 10.* Defendenda religio est non occidendo, sed monendo: non saxiā, sed patientiā: non scelere, sed fide. Illa enim malorum sunt: haec bonorum. Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, iam non defendetur illa, sed polluetur & violabitur, *vide cod. lib. c. 21.* Vnde pietas tam impia, ut eos miseri modis aut perdant, aut multos faciant, quibus velint esse consultum? *Vspersens in Philippi Imp. vit. p. 321. de Romana Ecclesia inquit:* Habes quod semper fitisti: decanta canticum; quia per malitiam hominum, non per tuam Religionem orbem visitasti.

## INDEX.

3. Ostendendum fuerat hac antitheisi Marpurgensisibus, quasham gentes, quibus antea *CHRISTUS* annunciatus non fuerat, doctrinæ sue vi & efficacia, ad fidem & religionem pertraxissent, sed non potuerunt id magis, quam vlliæ ætatis Ecclesiæ perduelles, alij. Solum Catholicos calumniantur; hoc ut ipsis est solenne, ita & proclive. *Papifis*, inquit, gloriòse iactantibus, quod orbem *CHRISTO* adduxerint, illud *Hilarij ex libro contra Auxentium dictum* esto; *Oro vos, &c.* Anglos, & maximâ ex parte Germanos, Saxones, Thuringos, Hassos, Francones, Wandalos dein de, Sclauos, Polonos, Danos, Morauos, similesque nationes complures, per Romanæ doctrinæ Professores à gentilitate & Idololatriâ ad *rum, &c.* *CHRISTVM* fuisse primò traductos, insicari nequeunt Marpurgenses. Concedunt quoque, *solum DEI verbum rinnu* esse atque efficiare, ut animos abstrahat, ab impietate, iungatque *DEO*. Quin igitur *ROMANÆ* doctrinæ propugnatores istos, à quibus maiores nostri, *Saxones, Thuringi, Hessi, &c.* *CHRISTVM* didicere primò, nihil nisi Verbum *DEI* proposuisse fatentur? Aut erco, cum Paganis, idololatis & Turcis, auos suos, proauos, abauos, &c. &c. deuoueant, aut eos veri *DEI*, verum cultum à Gregorii, Conone, Zacharia, Romanæ sedis Pontificibus, D. Bonifacio, Kiliano, & similibus Doctoribus didicisse fateantur, necesse est.

4. Porro, non initant ambitione Papiste, vel gloriuntur vanè, *A. falsa credo*, postolorum sibi arrogantis opera, quod isti blaterant; hoc affirmant *miseri*, *solum*

solum, de quo nemo prudens dubitarit, Catholicam Romanam doctrinam à S. Gregorij Magni aetate, (vt nihil de antiquioribus saeculis commonebat) ab idolatria & paganismo abductos, Christo adiutuisse Anglos, Francones, magnum Germaniae partem. Wandalos item, Clavos, Polonus, Danos, Morauos, &c. eiusque testes ipsosmet adhibent aduersariorum commentarios, qui Christum per S. Kilianum, Bonifacium, Sociosq; per Corbeienses Monachos & similes Pontificios conacionatores, gentib; istis primò annuntiatum fuisse testantur. Quid hinc se prodit iactantiae? Quid gloriationis?

5. Hilarij illud Catholici Romani que Doctoris ex libro contra Auxentium Arianum descriptum testimonium lectum est à Catholicis frequenter iam etiam illis dictum sit, à Marpurgensibus; quid tum postea? Apostoli, Hilario teste, gentes ferè omnes, ex idolis ad Christum transstulerunt: & inermes & impes, Ecclesiam in omnes terre partes expanderunt, eodemque Hilario teste, Auxentij, Arianorumq; Ecclesia, concilio suis & carceribus terruit, quæ exiliis & carceribus est credita, fugavit sacerdotes, quæ fugatis sacerdotibus (vtique non Calvinianis) est propagata. Catholicam Ecclesiam: Ergo ambitiosè & arroganter iactant Papistæ, à Romanæ Ecclesiæ Doctoribus conuersam Angliam, Germaniam, Poloniam, & eiusmodi nationes ab idolis ad Christum? Egregia verò, & eiusmodi Doctoribus digna ratiocinatio.

2. 6. Similis est quæ sequitur. Novum orbem, militum quorundam Hispanorum immaniter tractauit crudelitas: ergo, qui ex novo orbe Christo crediderunt, per Romanæ Ecclesiæ Doctores conuersi non sunt. Acutè prorsus. καὶ πάντες, καὶ αὐτὸς, & καὶ δόλος πρῶτος. Si ex militum crudelitate & rabie, aestimanda est doctrinæ sinceritas, vis & efficacia; vae Calvinismo. Quot praefules, quot sacerdotes, quot Monachos, quot sacras Virgines, in Gallia, in Anglia, in Belgio, alibi, crudeliter trucidarunt, Calviniano furore perciti milites?

3. 7. Pergunt ex Lactantio: Defendenda religio est, nō occidendo sed monendo, non sauitia, sed patientia: non scelere, sed fide, &c. Quid hinc sequitur? Ergo in novum orbem fides Christiana nondum est importata à Romanensibus? Chrysippum hinc audire mihi videor. Quid iam sequitur? Vrspergensem in Philippi Imperatoris vira. de Romana Ecclesia dixisse. Habes quod stisti; decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam Religionem orbem vivisti.

Citatio falsa ex Vrspergensi. 8. Nisi mihi ipsi hanc legem statuisse, quantumcunque mentiendo excederent isti, nolle me tamen eos appellare mendaces; meritò hinc profectò audirent mendacissimi, dum illa tribuunt Vrspergensi, quæ nū quam

quam in mentem ipsi venerunt. Ut enim Philippo plusculum fauerit etiam contra Pontificem, qui tum fuit Innocentius III. de ipsa tamen Apostolicâ Sede, honorificentissime ipsum sensisse, paginâ 319. manifestum est. Neque præter Romanam agnouit aut coluit aliam Ecclesiam Vrspergensis, vt qui Catholicæ Romanoque ritu, presbyteratum se à Dietrichalmo Constantiensi Episcopo, anno M. C. C. accepisse, (pag. 325.) & Monachum Præmonstratensis Ordinis anno M. C. C. VII. factum, fateatur ingenuè. Non igitur illis verbis Ecclesiam Romanam perstringit, quod isti somniant, sed sub Vrbis Romæ nomine, Romana curia sceleratos, tum, & cupidos rabulas, quibus ob tot rixas & contentiones, quæ Romam ex Germaniâ perferebantur diiudicandæ, naſcebatur quæstus maximus, accumulandæque pecunia, cuius siti cruciabantur, occasio. Curiales igitur istos male feriatos vellicabat Vrspergensis, quod orbem vicissent, id est, sibi subiectum quasi iam haberent, non per suam religionem, quæ nullas tum pariebat rixas & controversias: sed per hominum malitiam, quâ fiebat, vt variorum criminum ac sacrilegiorum rei, sese tribunal ipsorum, sistere cogebantur, suarum controversiarum & litium decisiones audituri. Sed quid hæc Ecclesiæ Romanæ, ipsiusque religioni Catholicæ præindican? quasi verò ex aulicorum cupiditate corruptissime moribus, de Principum fide, religione, ac ipsa demum prouincia ac ditionis Ecclesiâ, statuendum sit.

9. Nihil igitur attulerunt prorsus Marpurgenses, quo diluerent quod fuerat assertum, de Romanâ doctrinâ: eam nimurum solam, inter omnes; Ethnicos & infideles, ab idolatriâ, ad Christi fidem pertraxisse; cum interim verissime Tertullianus pronunciârit, hoc Calvinianis cæterisque haereticis, esse commune negotium, non Ethnicos conuertendi, sed nostros evuertendi; hancq; magis eos gloriam captare, si tantibus ruinâ, non si acientibus elevationem operentur, nostrag; eos suffodere, vt sua edificant. (de præscript. cap. 42.)

THEISIS XI. MVLHV. Solam Romana Ecclesiæ doctrinam sanctos homines effecisse.

Eadem ex MARPVRGENSIBVS, sed fœde corrupta X.

1. SEB, præter hæc omnia, ipsa etiam sanctitas vite, & morum integritas, eorum, qui Romanæ fidei, & doctrinæ addicti fuere, qualis ipsa fuerit & sit, abunde testantur. Exfru-

2. SANCTITAS vite & morum integras, olim quidē Ecclesiam catholicam à sectis separabant: Nullus autem à schismatis tempore fastis Ecclesiasticis est inscriptus illo, quem & nos pariter sanctum profi-

Ex fructibus enim arbor cognoscitur. Inspiciamus fastos Ecclesiasticos, quotquot aduersariorum etiam concessione sancti notantur, nostri sunt; nullus a schismatis tempore, inscriptus, illorum, quem & nos pariter sanctum profitcamur. Hinc recte tandem semel Lutherus. *Mundus, inquit, indies fit deterior, sunt nunc homines magis vindictae cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesti, & indisciplinati, multoq[ue] deteriores, quam fuerunt in Papatu.* (in postilla Dominice i. aduentus.) Et Smidelinus de suis Lutheranis. *Vt totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum, nullum exercent penitus. ieunij loco, commissationibus & perpotationibus nocte dieq[ue] vacant, vbi pauperibus benigne facere oportebat, eos deglubunt & excoriant, precationes vertunt in iuramenta, blasphemias, & diuinis nominis execrationes, idq[ue] tam perdite, vt Christus, ne ab ipsis quide Turcis hodie tate p[ro]pere blasphemetur. Desinū pro humilitate regnat pasim superbia, fastus, elatio. Atq[ue] hoc vniuersum vita genus, ab illis, Euangelicum dicitur institutum. (Conc. 4. in cap. 21. Luc.) Et quia in ore duorum vel trium scat omne verbum, addamus & Andreæ Musculi testimonium. *Cum nobis Lutheranis hoc tempore ita agitur, vt si quis videre voleret, ingentem turbam nebulonum, hominem turbulentorum, fallacium, impostorum, fænatorum; cunctatem aliquam adeat, in qua Euangelium pure predica-**

profiteamur. Hinc recte Chrysostomus hom. 49. in c. 24. Matt. [Ex moribus ipsis prius intelligebatur Ecclesia Christi, quâdo cōuersatio Christianorum aut omnium aut multorum erat sancta, quæ apud impios non erat. Nuncautem aut tales aut peiores facti sunt Christiani, quales sunt hæretici aut Gentiles. Adhuc autem & maior continentia apud illos inuenitur, quamvis in schismate sint, quam apud Christianos. Qui ergo vult cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat nisi tantummodo Per SCRIPPTVRAS? sciens ergo Dominus tantam confusionem rerum in nouissimis diebus esse futuram, ideo mandat, vt Christiani, qui sunt in Christianitate, volentes firmitatem accipere fidei veræ, ad nullam rem fugiant Nisi ad SCRIPPTVRAS. Alioqui si ad alia resperxerint, scandalizabuntur & periembunt, non intelligentes quæ sit vera Ecclesia. Et per hoc incident in desolationem abominationis, quæ stat in sanctis Ecclesiæ locis, &c.] Recte etiam Bernhardus in Serm. 33. super Cant. [Serpit hodie antiqua rabes, per omne corpus Ecclesiæ, & quod latius, eo desuperatius, eo quæ periculosius, quo interius. Et paulo post: Ministri Christi sunt, & serviant Antichristo; honorati incident de bonis Domini, cum Dominio honorem non deferunt. In dies, quem quotidie vides, me-

retricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus: & plus calcaria, quam altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibi & scyphi, inde comediones & ebrietates, inde cithara, & lyra & tybia, inde redundantia, torcularia & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud: inde dolia pigmentaria, inde referta matrupia. Proh! huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi, &c. Intestina & insanabilis est plaga ecclesiarum. Itē in Serm. de conuers. Pauli: Heu, heu, Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum: Arcem Sion occupauerant, apprehenderunt munitiones & vniuersam deinceps liberè & potestatiuè tradunt incendio ciuitatem.] Insaniunt igitur, qui ex dissolutis plebeculae moribus veritatem Euangelicæ doctrinæ nasciuntur.

## VINDICATIO.

3. Corruptissimos querundam in Ecclesia mores esse, nemo diffitetur. Nec tantā tribuimus Catholicae doctrinæ vim & efficaciam, vt quicq[ue] illa suscepient, illicò sanctificantur. Id illorum est duntaxat, q[uod] in corde bono & fidelitate optimo

*Catholica  
doctrina  
quid ali  
fandisata  
optimo*

optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Hoc contendimus tantummodo, posse ex illius doctrinæ præscripto, ad veram vitæ sanctimoniam homines pertingere: nec quenquam aliquando ad illam pertigisse, quin eâ fuerit imbutus: non Lutheranus, non Caluinianus, non Schwenfeldianus aut quavis alia diuersa à Romanâ Catholicâ. Resistunt quidem huius temporis protestantes pertinaciter, sed quam etiam sapienter, despiciamus.

*Vita sanctitas vita & morum integritas, inquiunt, olim quidem Ecclesiam Catholicam vere tholicam à sectis separabant, &c. Si olim, quidni & hodie? Res plana. Quia Ecclesia non vita sanctitas apud istos hodie nulla est, & mores corrupti prorsus. Fatur hoc Lutherus, fatetur Schmidelinus, fatetur Musculus, fatentur Centuriatores, his adstipulatur Caluinus, nec dissentunt Marpurgenses, & conuincit experientia. Itaque, si ex sanctitate & integritate vitæ iudicium sumendum de Catholica Ecclesia doctrinae sit: causa iamdudum ceciderunt. Quid igitur, si luce hac clarius demonstrauero, Catholica Ecclesiæ propriam Notam hodieque vitæ sanctitatem censendam esse, & non olim fuisse solum, dabuntne manus aduersarij? dabunt, ni prorsus sint rebelles lumini. Aures igitur arrigant:*

5. *Quod ita soli competit Catholica Ecclesia, vt nulli alteri, vel Iudaorum, vel gentilium, vel hereticorum, vel schismaticorum congregationi conueniat: illud utique ut propria nota, potest etiam hodie Catholicam Ecclesiam à non Catholica distinguere.*

*Eiusmodi vera, de quo loquimur, sanctitas est, & integritas morum:*

*Possunt igitur haec, ut propria nota, etiam hodie, Catholicam Ecclesiam à non Catholica distinguere.*

Quid in hac ratiocinatione desiderent, prorsus aueo cognoscere? Non negabunt, opinor, propositionem, nisi negent etiam Solem lucere in meridie. Assumptionem concedant necesse est, aut ex Christianorum numero expungendi sunt, quod euidenter demonstro. Nam.

*Si vera sanctitas & integritas morum, non in sola Ecclesia Catholica, ut propria eius nota reperiatur: erit illa extra Ecclesiam Catholica quoque. Vel enim in sola Ecclesia Catholica vitæ sanctitas est; vel non in sola, sed extra illam quoque.*

At hoc blasphemum est atque sacrilegum. Si enim illa de qua sermo est, sanctitas integritasque morum, non in sola Catholica Ecclesia, sed extra illam quoque reperiatur, ergo & salus quoque reperiatur. Si extra Ecclesiam salus; ergo & extra Christum; quando Christus non saluat, nisi corporis sui membra. *Corpus autem Christi Ecclesia est*, inquit Augustinus (lib.

(lib. de unitate Ecclesiae cap. 2.) de qua dicitur, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. & cap. 19. eiusdem libri. *Ad ipsam verò salutem ac vitam eternam, nemo pervenit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia. Sed progrediamur ulterius.*

6. *Vt vera sanctitas morumq; integritas extra Ecclesiam Catholicam nulla Hæc tenet nunc est: ita nec unquam esse potuit: quicumque ergo aliquando extitere Sancti, solum quinam ha Ecclesia Catholicæ fuerunt, Christiq; membra. Historias igitur percurramus, & bitti sandi fastos inspiciamus Ecclesiasticos. quorum ista recensent Sanctorum non Martires mina! Illorum primò, quos per trecentos annos, ab ethniciis Imperatoribus, durissimis supplicijs ob Christi fidem mactatos cœlum suscepit. Qui nam isti? Romani Pontifices triginta tres ordine. His Ignatium, Iustinum, Ireneum, Cyprianum, similesque iungo: martyres omnes, & insignes Ecclesiæ Doctores ac Patres. Quam verò professi sunt doctrinam? Eam, cui subscribere non possunt aduersarij, nisi ad nos quoque transitum meditentur, quod adeò certum, ut propterea illorum, quæ nobis fauent, do gmata, inter nœuos annotentur ab illis. Romana igitur doctrina illa est, que professa Martires istos ad cœlum perduxit.*

7. Præter hos Martyrio insignes; ut singulari doctrina & eruditio extiterunt illustres, ita eximiā quoque sanctitate claruerunt, Athanasius, Confessor Hilarius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Fulgentius, ut ceteros tam Græcos quam Latinos præteream. Quos, si à Romana doctrina diuersam defendisse vel leuiter probauerint aduersarij, feremus patienter, ut victoriā potiti publicè per triumphum quocumque libuerit nos ducant. Si verò hoc illis impossibile factu sit, quod omnes istorum Patrum ( ut nihil de mortibus ipsorum totoq; vita instituto dicam ) commentarij refragentur, qui nullam præter Romanam doctrinam inculcant de fide, de operibus, de gratia, de liberali arbitrio, de peccatis, de iustificatione, de predestinatione, de Sacramentis, de Purgatorio, de Sanctorum cultu & inuocatione; *hæc sola quoque doctrina fuerit, quæ ad vitæ sanctimoniam illam perueperunt. Eam igitur, si salus ipsis cura sit, cur non suscipiunt quoque Marpurgenses. Nunquid Patribus istis aditum patefacere ad cœlum potuit Romana doctrina, alijs verò similiter non poterit?*

8. De his satis. videamus quæ sequuntur. Nullus à schismatis, inconfidens, quiunt, tempore fastis Ecclesiasticis est inscriptus; quem & nos pariter sanctum prorantem. Non intelligere satis hos homines, quid dicant certus sum. Quero enim ex illis 1. *Quodnam sit illud schisma, & quo natum tempore, ex quo*

## DISPUTATIO THEOLOGICA

quo nullus amplius in fastos Ecclesiasticos inscriptus est, quem utriusque sanctum profiteamur? Quero 2. Num ante illud schisma in fastos relati sint, quos nobiscum pariter sanctos profiteantur? Quero 3. Quinam illi sint, & quam doctrinam professi? Nam Martyrum Doctorumque Ecclesiae florem, ex Romanae doctrinae semine germinasse iam nunc ostensum est. Quero 4. Possitne fieri, vt utrique nostrum pariter unum & eundem sanctum profiteamur? quando nullum nos profitemur sanctum, quin Romane doctrinae fuerit alumnus: & illi nullum, quia Calvinismo fuerit imbutus.

**Chrysostomus cito-  
tem male.** 9. Sed Chrysostomum negasse ex moribus cognosci posse doctrinam Catholicam & Ecclesiam prætendunt. Nimirum, quid adferant ex Patribus, pensi non habent; modò aliquid adferant. Locum enim hunc Chrysostomi non esse, sed Authoris operis imperfecti, Bellarminus demonstrat lib. 4. de verbo Dei nota scripto cap. ii. Nam, & in eadem homilia 49. & præcedenti 48. admittentur nonnulla, quæ cum homouianos perstringant, haud dubie Arianismum resipiunt. Deinde, vt ex scripturis tantummodò, quando Christianorum meres corrupti sunt, convincendos hereticos, quænam vera sit Christi Ecclesia dicat Author, non tamen ex scripturis, ad cuiusque Nouatoris vertiginosi cerebri calculos exactis: sed ex Ecclesie Catholicæ interpretatione. hanc enim, vt ibidem dicitur *Apostolorum & Prophetarum scripta in sensu, in memoria, & in corde abscondit, ut confidenter dicere possit, in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi:*

**Bernardi  
doctrinæ  
cito- ni-  
bilem rem.** 10. E. Bernardi dicta facilem habent solutionem. Miserrimum Ecclesie sui temporis statum, deplorat. Prælatos luxus redarguit & intemperantiae. Rectè quidem illa. At, negatne Sanctos mores & inculpatam vitam Catholicæ doctrinæ censeri indicium? Minime. Insaniant igitur profus, qui vel similitatem vita & integritatem morum, extra Catholicam doctrinam & ipsam requirunt aliund; vel eam certum ac infallibile vere sinceraq; Christi doctrina atque Ecclesia signum, insificantur.

### THEISIS XII. MVLHVS.

Solan Romanam doctrinam miraculis fuisse confirmatam.

1. Si iam, quibus miraculis & si gnis Romanæ hec fides, seu doctrina, a Deo confirmata fuerit, inspi-

### Eadem MARPVGENSIUM peruersa penitus XI.

2. Quid vero miraculis Christi non acquiescant, sed etiam noua iactant, næ illi dogma nouum, cui fidem faciant, se cedere manifestum faciunt. Contra

inspiciamus. nemo nisi prorsus pertinax aut stupidus, eius veritatem non agnosceret. Omittemus autem antiquiora, sumemus tantum ea, quæ ad illorum fidem approbadam facta sunt, quos Papistas fuisse, vt loquuntur aduersarij, & monachos, meridiana luce clarissimæ est; quorumque sanctitatem fatentur splimer. (Lutherus de captiuitate Babylon. cap. 2. & tom. I. fol. 305. super cap. 5. ad Gal. Philip. in Apol. art. de iustific.) Dicitur igitur Bernhardi pietatem & fidei doctrinam (sine qua impossibile est placere Deo) innumeris miraculis, testaram facere, diuinæ maiestati placuit. Hinc, in Constantiensi Dioecesi, una die, vnde decim cæcos illuminauit, mancos curauit decem, claudos octodecem. (Vide Gotfred. lib. 4. cap. 4.) Diuum verò Franciscum, paralyticos curasse; aridos restituisse; cæcis visum reddidisse; & innumeris alia diuina virtute perpetrasse. S. Bonaventura, grauissimus author, qui ipsius vitam descripsit, testis est. (Bonavent. in vita S. Francisci.) S. Dominicus, præter cætera admiranda, quæ de ipso constant, etiam tres mortuos suscitauit. (Ioan. Garzon in vita S. Domin. ) His & similibus, conuictos puto etiam Lutherum & Philippum, vt viros hos sanctos appellarent. Merito certè Tertullianus, cum omnium seculorum haereticis expostulat, quod Cum semper nouam doctrinam adferant, illam tamen

tamen nullo signo confirmantur. (Tertull. de prescript. cap. 30.) Sed respondent homines acuti, haec falsò narrari ab Historicis, vel esse dæmonum præstigias, adeò ut non pudeat Magdeburgenses Centuriatores asserere, si vera sint, quæ de Sancto Martino, iam ante mille & ducentos annos scripsit Sulpitius, eum fuisse Necromanticum. (Centur. 5. cap. 10.) durum telum necessitas. Sed meminerint hoc ipsum iam olim, vt D. Augustinus refert, respondisse paganos, & idololatras, quo miracula, quibus Christi fides, in vnitius mundum introducebatur, eluderent, vt hoc ipsum responsum, cuius sint Spiritus, satis ostendat. (Vide D. August. 10. Ciuitat. cap. 18.)

## V I N D I C A T I O.

*Nullum unquam miraculum memorie proditum est, ab heretico in sui dogmatis confirmationem perpetratum. Attentarunt aliquando id quidam, vt sunt Catholicorum simii; non successit tamen ipsi consensus. Nam & Simonem Magum, volatum per aera & excitationem mortui adornantem sua spe delusum, Egesippus commemorat, (lib. 3. de excidio Hierosolym. cap. 2.) & Manichæum frustra sanitatem restituere, filio Regis allaborasse Epiphanius (heresi 66.) refert, & alij alios, inter quos Gregorius Turonensis (lib. i. histor. Franc. cap. 3.) scribit, Arianorum quendam primipilum Cyrolam nonnihil, penitus illum excæcasse, qui se male videbat singens, per hypocritam eius opem in recuperando visu implorarat. Omitto hic Eunomianos, Donatistas, Eutychianos, Iconomachos, & huius familiae plures, tam vetustiores quam recentiores Circulatores, qui semper miraculorum aliquid moliti sunt; quod optimè intelligerent, quantum ad fidem dogmatibus conciliandæ momentum adferrent. Nam & Diuus Augustinus (capit. 4. contra Fundam. Manichæi) in Ecclesia gremio ea authoritate, qua miraculis inchoata sit, se detinunt fatetur; & Honoratum (de utilitate credendi, capit. 16.)*

mirac-

miraculorum commemoratione ad Catholicam fidem conatur adducere.

4. Hæreticis huius qui, confessim bilem motiet, miraculum mentio & postulatio. nec mirū, succumbunt actutum, quando ad hunc locum ventur; quia suorum quæ contra Ecclesiam Romanam consensum defendant dogmatum, prorsus nullum proferre possunt, quod aliquando facti diuinatus signo comprobatum sit: Cum tamen contra, quæ maximè traducunt isti, dogmata nostra; pluribus ac illustribus miraculis stabilita defendamus. Atq; vt breuis sim, ea perstringam paucis, quæ momenti plus apud cordatos obtinere censeo.

5. Nihil æquæ nostri temporis hæretici detestantur, atque Sacrosanctum Corporis ac Sanguinis Christi sacrificium, eius tamen oblationem *ex D. Aug.* Miracula. D e o gratissimam esse, miraculo testatum fuisse. D. Augustinus memorie prodidit (lib. 22. de Ciuit. cap. 8.) *Vir Tribunitius*, inquit, *Hesperius*, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi, fundum, Cubedi appellatum, ubi cum afflictione animalium & seruorum suorum, domum suam spirituum malignorum vim noxiam perperi compresisset, rogauit noscere me absente, presbyteros, vt aliquis eorum illâ pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit virus, obtulit ibi sacrificium Corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio; Deo protinus miserante cessauit. Simile quid apud Prospletum videre licet, qui libro de prædictionibus Dei, capite 6. scribit, suo quoque tempore sacrificij oblatione curatam dæmoniacam.

6. Præterea, plusquam Vatiniano odio prosequuntur isti reliquiarum sacrarum cultum vt superstitionem, anilem, & à Monachis impostoribus introductum. At exiguum terræ, in qua sepultus iacuit Salvator, puluisculum, non multò minus illustri miraculo, quam Petri umbram decorate voluit Dominus, id his verbis ibidem refert D. Augustinus. Accepérat (*Hesperius*) autem ab amico suo terram sanctam, de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus, die tertio resurrexit, eamq; suspenderat, in cubiculo suo, ne quid malum & ipse pateretur. At, ubi dominus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret, cogitabat, quam diutius in cubiculo suareuerentia causa, habere solebat. Forte accidit, vt ego, & collega tunc meus Episcopus Synicensis Ecclesia Maximinus, in proximo essemus, vt veniremus, rogauit, & venimus. Cumq; nobis omnia retulisset, etiam hoc petivimus, vt infoderetur alicubi, atq; ibi orationum locus fieret, ubi etiam possent Christiani ad celebranda quæ Dei sunt, congregari. Non restitimus, factum est. Erat ibi iunenius paralyticus rusticanus, qui hoc audito, petivit a parentibus suis, vt cum ad eum locum sanctum non cunctanter afferrent, quo cum fuisset allatus, orauerit: atque inde continuo pedibus suis saluus abscessit.

7. Iam, quam multa eaque præclara, quibus Deus reliquiarum D. Stephani cultum approbavit, idem recenset miracula? *Ad aquas*, inquit, *Tibitanas Episcopo Projecto afferente reliquias Martyris glorioſissimi Stephani*, ad cuius memoriam veniebat magna multitudinis concursus & occursus: ibi caca mulier, ut ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, oravit; flores quos ferebat, dedit, recipit, oculis admouit, protinus vidit stupentibus qui aderant, precebat exultans, viam carpen, & via ducem ulterius non requirens. Omitto Lucillum Episcopum, quem

6. 7. 8. 9. religiosa reliquiarum sancti Stephani ve etatio solum, à granifistule morbo liberavit. Eucherio quoque Presbytero Hispano, *calcum per eudem sacra pignora depulsum* idem narrat Augustinus: duos item curatos podagrivos & rotis obtritum puerum vita redditum, ut defunctam etiam sanctimoniale: præter Eusebini Primarij cuiusdam viri infantulum. Imò cum hęc & plura recensuit D. Augustinus, subiungit tandem, non se omnia qua sciat huiusmodi commemorare, & si sanitatum solum, quae per S. Stephanum factae sunt, cum in Hipponeensi, tum in Calameni Colonia, pertexenda sit narratio: plures etiam libros esse conficiendos, neque tamen omnia colligi posse, sed ea tantum, de quibus libelli dati sunt, qui populo recitarentur.

11. Insigne & multiplex. 8. Vnum adhuc addam, admodum insigne, quod Caluinistarum crassum quandam errorem conuincat egregiè. Contigit verò id Vzali, sicque refertur à D. Augustino. *Cum nuper illuc* (Vzali, quæ Colonia Uticæ vicina est) *effemus, Petroniam clarissimam foeminam, quæ mirabiliter ex magno atq. diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore sanata est*: *hortati sumus, velente supradicti loci Episcopo, ut libellum daret, qui recitaretur in populo*, & obedientissime paruit, *in quo posuit etiam quod hic reticere non possum, quamuis ad ea, quæ hoc opus urgent, festinare compellar*. A quodam Iudeo, dicit sibi esse persuasum, ut annulum capillatio vinculo inservaret, quo sub omni ueste ad nuda corporis cingeretur, qui annulus haberet sub gemma, lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata, quæ si remedio ad sancti Martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthaginem cum in confinio fluminis Bagrade in sua possessione mansisset, surgens ut iter perageret, ante pedes suos illum iacentem annulum vidit, & capillatiæ zonam quæ fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam, cum omnino suis nodis firmissimis, sicut fuerat, compersisset astri etiam crepuscule, atq. ex illico annulum suspicata est. Qui etiam ipse, cum integrerrimus fuisset inuentus, futura salutis quodammodo pignus de tanto miraculo, se accepisse presumpsit, atque illud vinculum soluens, simul cum eodem annulo proiecii in flumen. Non credunt hoc, qui etiam Dominum Iesum, per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos suos ostijs clausis ingressum fuisse non credant. Clariſſima foemina est, nobilitate nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat, ampla ciuitas, ampla persona, rem quædico. Arrigee aureos Caluniani. Penetratio rentes, latere non sinunt. Martyr certè ipse, quo impetrante illa sanata est, in filium permis-

permanentis Virginis credidit in eum, qui ostijs clausis ad discipulos ingressus est, credit. Postremò, propter quod omnia ista dicuntur à nobis, in eum, qui ascendit in cælum cum carne, in qua resurrexerat, credit: & ideo per eam tanta sunt, quia pro ista fide animam suam posuit. Hactenus hæc D. Augustinus, ad quæ peruelim ut arrigant aures Caluiniani, quando non minus quam gentiles & pagani perfidiæ & infidelitatis ab ipso hīc redarguuntur, dum suis quibusdam addicti dogmatibus corporum penetrationem negantes in Dei ius inuolant, illique diuinam suam omnipotentiam sacrilegè surripiunt.

9. Nec operosum esset magis, illustribus huiusmodi miraculis & signis alia pleraque dogmata, in quibus à nobis dissentiant sectarij confirmare, ut pro piè defunctis preces, realem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia presentiam, Baptismatis vim & efficaciam, Confirmationis sacram, confessionisque mysteria, & id genus complura: sed, qui fidem derogant Augustino, illa quæ oculis intuitus est enarranti, cuius hi scriptoris action despxerint auctoritatem? Nimirum verissimam sese probant Arianorum progeniem, qui D. Ambrosij tempore toto Mediolanensi populo ad SS. Geruasij & Prothasij Martyrum sacra pignora accurrente, obstupescēteq; miracula, in sua nihilominus permanserūt perfidia pertinaces.

10. Vnum tamen omittere non possum, quin hic referam, recens quidem illud, certissimum tamen, ac publicis monumentis cōtestatum. Cui licet fidem adhibituri non sint, qui pro fabulis habent illa etiam, quæ nūc ex ipso metu Augustino recensita sunt: piis tamen non erit ingratum: cum roitu in modum & eorum possit erga sacras imagines obseruantiam confirmare, & pietatis erga ipsam Disciparam studium acuere & excitare. Eò verò id anno libentius, quod mihi perspectum est magis, ut qui coram cum à me, tum ab aliis rogatum de cunctis circumstantiis distinctè respondentem audiui, cui sanitatis beneficium collatum fuit, ipsum Ioannem Clementem, de quo sic Iustus Lipsius,

11. Erat Bruxelle Ioannes Clemens, filius Iacobi, Lucerne in mediis Hélvetiis natus. Sed ad hac loca cum patre verit, quo tempore Ernestus Austriae præerat: O Princeps bonus, & bono nostro natus, si D. E. O. visum diuturnum eum hic esset. Venit autem ipse pater, in comitatu Poloni viri nobilis, Tobias Metzkye, cui, in peritiâ aliquā linguarum pro interprete esset. Sed enī iste Ioannes à natiuitate claudus, debilis, imò monstrosa quādam facie corporis fuit. Tibia & pedes contracti, & antrosum versi in pectus: sic ut genua iniungerentur & adhaerescerent, nec esset digitum aut aliud immittere, tanquam matuta concretione. Imò verò canitas, & velut putre, apparuerunt sub pectore, cum sanatus ille fuit. Idem in utroque femore, & ventri imò iungebantur. Globosum aliquod corpus diceret, nec sive-

Miraculū

recens ex

Lipsio de

Ioanne

Clemente

Cap. 45.

Diss. Sicc.

mensis.

ne*c* stare, iacere, ambulare idoneum: sedere tantum, & sedendo prospere, manuum aliquo nixu, qua fulcris etiam iuvabantur. Hac deformitas patri dolori, matri etiam exilio fuerat: que in partu obiit, cum ventre exscalo ceso hic prodidit, tristis fato. *Talis* igitur, cum patre delatus inter impedimenta, variis Belgica locis cum eo fuit: ubique visus, detestatione aut miseratione, ut ingenium hominum erat. Pater varia tentauit, curando & corrigendo: etiam ad inclinas thermas Aqugranensem misit: sed dum ibi est, patrem amissit, a prædonibus interceptum: *Nova calamitas*. Bruxellam rediit, paternam pecuniolam consumpsit, benignitate aliena deinceps sustentatus: *in Antuer-*  
*cie* *icci* *tacitus* ad nos rediit, & sibi diurna visitavit: donec moti miseratione aliqui cibum, *pictura* *artem* discere suaserunt, & magistrum repererunt. *Discit*, & inibi crebrum fa-  
*mam* motus, capitur ad Diuam nostram venire, si forte & ipse opem ac solatium refer-  
*Nonis Iulij*, ret. *Vestus* est curru, in facillum repit, culpas confessione & paenitentia expiauit, sacra postiam sumpsit: & paulo post, angi visus & animo collabi, item dolores in omni cor-  
*pore* sentire: denique sudor à capite ad calcis diffluere. Et dum conatur egredi, atque at-  
*re* refici, magis increvit morbus: mansitque volens nolens totum diem in vespere. Tūc solempnes Diuæ laudes canebantur. & ipse ante aram: sentitq; palam à terra se attollit,  
& pedes ante contortos & ligatos laxari, deici: idq; thorace, qui velabat, per vim dis-  
rupto: & statim directus pedibus suis stetit. Ipse attonitus: quid aliq; in tantâ mutatio-  
ne, animo iterum labi & corpore visus, sed erigitur, in sede collocatur, vestes tegendo  
adferuntur, & feminalia inducuntur. Vires deinde magis magisq; augescere: ipsa tibia  
tenues & exsiccœ, carne & sanguine impleri. Alterum autem mirum, vulnus in capite  
ante dies quindecim accepit, nec id coiuera: coinit sponte ipso illo tempore, & ua-  
tricem accepit. *Hec turbis ibi visa*, *hac Louanijs cum rediit*, *hac Bruxelle*: & quis non  
concurrit? *Audiui medicos primarios*, & talium haud tenerè credulos, exclamantes:  
*Verè hanorum & manum Dei esse*. Haec tenus Lipsius.

In iusta ac-  
susatio.

12. Sed nunc tempus est, ut videamus, quidnam habent momentica, quæ contra miracula disputant Marburgenses.

Ne, dicunt, dogma nouum cui fidem faciant, secundre manifestum faciunt quæ iamnum noua miracula iactitant. Nuge sunt. Nulla dogmata noua cuditimus, sed antiquissima illistribus à Deo miraculis tam vetustis quam recentib. confirmata, contra NOVITATEM constanter defendimus; memores istius Vincentij, annunciare aliquid Christianis Catholicis, prater id quod accepit, nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licbit: & anathemare eos, qui adiurinent aliquid, praterquam quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit. Quia cum ita sint, est ne aliquis vel tali audacia quæ sem quisfa-  
*Antiquita* prater id, quod apud Ecclesiam adiunctum est, adiunget, vel tanta levitatis, quæ fidiant.

prater id quod ab Ecclesia accipit, accipiat? (c. 14.) Apud vos verò Reformatos

quasi solenne est, ac legitimum ut semper prophanis nouitatibus gaudetatis antiquitas facta fastidiatis, & per oppositiones falsi nominis scientia à fide non aufraget, vt re-  
*Etate* annotauit idem Vincentius, (cap. 34.). & luculenter non ita pridem suo exemplo demonstrauit Raphaël Eglinus Iconius, collega vester, in illo bellissimo de captiuitatis Christi tempore paradoxo, quod inscriptio-  
ne plus quam insolente, mirus ostentator, hallucinatus turpiter, insigni-  
uit: contra communem.

Deum immortalem! quale hunc virum esse necesse est? Cauete Collegæ, irritare Crabrones resistendo, Iconio, qui prius Papæ, nunc co-  
*munis* quoq; sensui, bellum indixit. Sed, quid faciemus istis Professoribus, *Iconius No-*  
*qui penitus sepelientur in glorij, nisi vel aliena direpta, venditent pro suis; mator.*  
*vel eiusmodi meditentur propria, quæ nullus vir sapiens ac modestus cu-*  
*peret esse inter sua?*

13. Neq; in nouissimis temporibus exsurreximus nos, quos terrarum orbem  
*constat* occupasse per mille & quingentos annos, prius quam vel nomina  
*vestra* innotuerint. Prior Ecclesia fuit quam hæresis. de illa enim hæreses prod-  
*ierunt*, sed nō fuerunt ex illa, ex quo facta sunt aduersus illam; ait Tertull. etiam de  
*oliuæ mitis & opime & necessaria nucleo, asper oleaster exoritur. etiam de papaveri si-*  
*ci gratissima & suauissima, ventosa & yana caprificus exurgit: Ita & hæreses de nostro*  
*fructificauerunt non nostre: degeneres veritatis grano & mendacio sylvestres (c. 36. de*  
*præscript. ) Et D. Cypr. de vnit. Ecclesiæ c. 9. Non nos ab illis, sed illi à nobis re-  
*cesserunt, dū cōuenticula sibi diuersa cōstituentes, veritatis caput atq; originē reliquerūt.**

14. Quæ verò ex D. Augustino (tract. 13. in Ioan.) contra miraculorum au-  
*uthoritatem* corraserunt, nihil prorsus nostræ cause preiudicant. Nusquam  
*se negasse* miracula, lib. 1. Retractat. c. 13. & 14. expressè faretur. Nam ego ipse,  
*inquit, quando istum librū (de vera Religione in cuius cap. 25. miracula ne-*  
*gat) dicitur ab aduersariis) scripsi ad Mediolanensem corpora Martyrum, in eā*  
*dem civitate, cæcum illuminatum fuisse iam non eram & alia nonnulla, qualia tam miracula.*  
*multa etiam istis temporibus fuit, vt nec omnia cognoscere, nec ea quæ cognoscimus*  
*enumerare possumus. & cap. 14. Hoc autem (nimis, miracula ista non fieri*  
*modo) dixi (lib. de vera Religione c. 25. & de utilit. credendi c. 16.) Quia nō Nulla a.*  
*TANTA neque OMNIA modo, non quia NULLA sunt etiam modo. Et lib. 22. de pud Augu-*  
*Ciuit. Dei c. 8. Fuerunt etiam nunc, inquit multa miracula, eodem Deo faciente, per finum re-  
*quos vult, & quemodo vult, qui & illa quæ legimus, facit, sed ista non similiter inno-*  
*teunt, neque vt non excidant animo quasi glareâ memoria crebra lectione tunduntur.**

15. Ex quibus quid ad Augustini loca cætera, quæ citant illi, respon-  
*dendum sit, luce clarius perspicitur. Nam tract. 13. in Ioā. præstigias perfir-  
*git Pontij cuiusdam & Donati, quos, quia sua iactabant yisa, & quæ face-**

rent prodigia, Mirabilios vocat. vitandoque monet, quod ab unitate Ecclesiae Catholicae, non minus se se quam nunc Calvinistae ac Lutherani segregassent.

16. De verbis vero Domini secundum Mattheum serm. 13. quid sibi velit, iam ex cap. 13. & 14. lib. 1. Retract. expostimus. Quod ex tract. 2. in Epistolam D. Augustini adferunt, nihil facit ad rhombum. Bono animo esse inbec D. Augustinus pusillioris animi Christianos, si quando diabolas, dubitationem de sua fide illis iniciat, quod nulla miracula perpetrent; cum tamen scriptum sit, signa autem eos qui crediderint hec, sequentur, in nomine meo demona elicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. Satis enim nobis in eo consolationis esse ait Augustinus, quod nomina nostra scripta sint in celo. Sed quid inde deducent aduersarii? Ergo miracula, quae facit Deus, fidei dogmata non evidenter ostendunt credibilia? Pulchra vero & bella, utpote Schonfeldij consequentia.

Paralogis-  
mus.Citariorum  
glossariorum  
nominum  
libri ad rem.Pareus in-  
ponit ad-  
scriptio-Nil bil. pa-  
gnant Au-  
gustini di-  
cta.

17. Atque ex his omnibus dilucidum est, quam insigni vel inscitia vel escititia, vel fraude, caput rige sumum quintum libri de vera Religione, & caput 6. de utilitate credendi contra nos, sub theseos sua finem produxerint Marpurgenses; cum ipsem D. Augustinus libro primo Retractionum, cap. 13. & 14. nihil aliud, dum ista scripsit, voluisse te testetur, quam ne. i T A N T A, neque OMNIA suo tempore facta fuisse miracula, que olim, non tamen nulla prius fuisse facta, sua quoque aetate, quod isti solumniant.

18. Sed condonandum aliquid est Schonfeldio, qui nihil sciebat aliud, nisi quod ex Prolegomenis ad Oseam Prophetam pag. 6. Davidis Parci, didicerat. Hic enim, quasi Augustinus, non satis sibi de miraculorum periodo & fine constiterit, non absque insigni iniuria duas illi assingit prorsus inter se pugnantes sententias. Vnam, qua affirmet, post aetatem primam vel alteram ab Apostolis, atq; adeo ante suam aetatem, cessasse miracula. Atque hanc cap. 25 de vera Religione, & cap. 16. de utilitate credendi Augustinum docuisse contendit. Alteram, qua hoc neget, Cum ipsem D. Augustinus suo etiam tempore adhuc multa passim miracula perpetrata fuisse referat libro primo Retract. cap. 13. & 14. & de ciuitate Dei libro 22. cap. 8.

19. His ita constitutis, Augustino opponit Pareus, & pugnat inter has sententias ad ornat phantasticam. Nam lib. 22. de ciuit. cap. 8. Longum (inquit) texit miraculorum catalogum, qua in famis, martyrum memorie sacratis, ipse viderit, vel certa relatione accepit: At quomodo, queso, narratio illa coheret cum eo, quod dixit supra (lib. de vera Relig. cap. 25. & c. 16. de utilitate credendi.) miracula non fuisse permissa durare, ad sua tempora? Et tandem quo propendeat Pareus, declarans, Ego, inquit, priorem sententiam Augustini tanquam veriorem tenco, neque;

neque negationem miraculorum temere illi bis excidisse, est arbitrandum. Et paulo ante. Quoniam, inquit, Augustini confessione certum est, ad eius aetatem miracula durare permitta non fuisse, inde facile intelligitur, argumentum Papistarum vanum esse, quo hodie a miraculis, quibus quod vel ipsorum superstitionis & impij cultus, indies comprehenduntur, vel nostra destituatur doctrina, adeo triumphavit. & iterum paulo post: Nec obscurè inde cognoscitur miracula quo passim in historiis post Augustini tempora <sup>Audacia</sup> celebrantur (ut de Monachorum fabulis, nihil dicam) suspecte fidei esse; magna pars, <sup>ex defera-  
tione,</sup> vana vel ementita, unde etiam illa, quæ per reliquias Martyrum Geruasij & Protasij, & B. Stephani facta narrantur ab Augustino lib. 22. de ciuit. Dei c. 8. vocat ludi cra, superstitiosa, ad venerationem defunctorum hominum stabiliter spectantia, &c. Deinde ipsa etiam, inquit, narrationis tensitas, insueta Augustino verbositas, suspicione non caret. Nam sola illa tadiofissima narratio, cum alia nobilissimi operis capitula, prolixitate longissime excedit. Et postea: de miraculis, in- <sup>De Enchirite</sup> quir, Eusebij, historia tripartita, deq; fabulis, que Gregorij nomine quatuor libris dia- <sup>Gregorii,</sup> <sup>Nicephori</sup> gorum circumseruntur, item Nicephori & similibus, idem videtur esse iudicium. <sup>Eccl. narra-  
re.</sup>

20. Sed haec omnia, utra quam merentur censoriae severitatis notio, non inurantur: minimum dicenda sunt falsa, vana, & futile. Nusquam de miraculorum usque ad suam aetatem perseverantia & decursu quicquam dubitauit Augustinus, quod ex lib. 22. de ciuit. cap. 8 & lib. 1. Retract. cap. 13. & 14. tam est perspicuum, ut qui ista loca perlegerit duntaxat, nec id aduerterit tamen, talpa cæcior aestimari debeat. Nam quæ de vera Religione cap. 25. & de utilitate credendi cap. 16. ipsius mens fuerit, ipsem iam vt dixi, lib. 1. Retract. cap. 13. & 14. interpretatus est. Quis vero melior & certior Augustini mentis interpres, Augustino? Non duæ fuerunt igitur, quod Pareus commentus est, hac de re variæ vacillantesque Augustini sententiæ, sed una eademque constans ac firma. Ne quicquam obstat igitur, ita quin Augustinus & longissimum texuerit catalogum miraculorum, quæ in locis Martyrum memorie consecratis, vel ipse viderit, vel certa relatione accepit: & tamen neque OMNIA, neque TANTA, quæ & quanta, Apostolorum tempore facta sunt, suo quoque tempore facta fuisse, (lib. 1. Retract. c. 13. & 14.) scripserit. Eorum enim quæ suo tempore contigerunt, cotexxit aliqua; scripsit tamen suo tempore quæ Apostolorum tempore contigerunt, non con-<sup>Vna D. Au-  
gustini, nos-  
tus senten-  
tia.</sup> tigisse omnia. Hec, quid habeant repugnantia equidem videre non possum. Quam vanum igitur & ridiculum quod priorem Augustini sententiam tanquam <sup>Vanitas,</sup> veriorem tenere se dicitur Pareus, quando unam tantum sententiam hic habuit Augustinus; cui miraculorum negatio non vispam bis excidit magis, quam vel semel expenderit, quod dixit Pareus.

21. Quoniam igitur ex Augustini confessione certum est, ad eius aetatem miracula durare <sup>I 2</sup> permitta

*Argumen-  
tum à mi-  
raculis pe-  
ritu quale* permissa fuisse, inde facilè intelligitur, minimè vanum, sed firmum & solidum esse Ca-  
tholicorum argumentum, quo hodie à miraculis quibus p̄j religijs, iſorum cultus,  
indies comprobantur, & hereticorum doctrina disſinuntur, adeo triunphant, vt Pa-  
reus loquitur, Papista præsentim, cum illud dissoluere nequeant miselli, siue  
Reformatores, siue Reformati, ringantur licet & disſinuantur, nisi post-  
quam D. Augustino ea affinxerint, que ne per sebim quidem is somnia-  
uit; optimos etiam quoque Antiquitatis Scriptores, incredibili impudē-  
tia ac pertinacia reiſiant, & ex alto despiciant.

22. Porro suspectam debere illorum esse fidem, magnaq; ex parte vana & falsa,  
qua communiſuntur, vt historiis, qua post Auguſtini tempora celebrantur, authori-  
tatem detrahant; non obscurè inde colligitur, quod in Auguſtini ſenten-  
tiis referendis tam turpiter lectoribus imponant, omni candore pudore-  
que poſthabito. Vnde fit etiam, vt signa ad Martyrum memorias, diuina  
quædam, eaque magna & præclara opera, ad fidem & pietatem Christiano-  
rum propagandam facta, cum Auguſtino, ab omni fraude, mendacio &  
imposturā alienissimo, potius dicantur quam cum iſis fraudulentis & vanis  
impostoribus, iudicra & superficioſa.

*Inanis re-  
prebenſio  
Augusti  
niana locu  
tionis.*

23. Prorsus verò ineptum eſt, quod de narrationis Auguſtinianæ temi-  
tate & verbositate calumniantur Pareus. Quasi verò tenuis sit narratio, qua  
rei gestæ ſimplex, perſpicua atq; dilucida eſt explicatio; qualis illa D. Au-  
guſtini eſt, ſi qua vſpiam eſt, nec quisquam ſapiens puto, verbosum appelle-  
bit illum, qui cum res multas narrat, tot vtitur verbis, quoſ res multæ  
poſtularit. Sed nimium Cenſores iſti nauſebundi ſunt, qui statim atque  
iſi aliquid inciderunt, quod ad iſorum ſtomachum, hæretib; infeſtum,  
debilitatum & prop̄iam fractum & euertum, non facit, peluum petunt.

*Cur tadio-  
ſa miracu-  
lorum nar-  
ratio Re-  
formatis.  
Dilemma.*

24. Tadiſam porro non minus eſſe miraculorum illam Auguſtinianam narrati-  
onem Lutheranis, Caluinianis & ceteris ſectariis, quam Dominicæ Paſ-  
ſionis recitationem cacodæmoni, nullus dubito. Ut enim Christi Paſſio,  
Diaboli regnum funditus excindit; ita miracula pro Catholicæ fidei do-  
gmatibus conſirmandis facta, hæreticorum synagogas prorsus euertunt.  
Quin igitur iſis moleſtilima eſt iſorum recitatio? Sed breuis hæc no-  
stra eſt cum iſis diſſertatio. Aut credunt iſta, vt narrantur à Deo facta pro-  
digia, vel non credunt: Si credant, cum à Deo facta prodigia, nihil aliud quā  
iſiſi ſint testimonia, & testis mendax eſſe Deus nequeat, veriſſima ſint  
dogmata Romanæ Ecclesiæ prodigiis illis ſtabilita, neceſſe eſt. Igitur hæ-  
retici ſunt, qui ea repudiant Caluiniani, & ſimiles. Si non credunt: Cum uni-  
uersus haec tenus orbis Christianus ea crediderit (nullum adferent enim,  
qui pro hæretico ſit habitus, ſi non crediderit) & adhuc credat, preter  
paucu-

pauculos iſpos; magna, vt cum Auguſtino loquar, iſi prodigia ſunt, qui mun-  
do credente, non credunt.

25. Deinde Aut credibilia ſunt quaे narrantur ab Auguſtino & alijs Dilemma.  
Patribus, in Romanæ Ecclesiæ dogmatum confirmationem facta mira-  
cula; Aut ſunt incredibilia. Si credibilia; cur ergo iſi non credunt, quando  
totus Christianus orbis, præter iſos pauculos eosque nouos & obſcuros,  
credit? Si incredibilia, quomodo igitur credibilia, quaे miranda magis ali-  
quando fecit D e v s in cœlo & in terra? Nunquid abbreviata eſt manus  
Domini? An quouſq; ſeſe iſipius porrigit Omnipotentia, ingenioi nostri  
modulo mensurabimus? impie. Tandem, ſi incredibilia, ergo olim tot ſæ-  
culis eruditis, totque Philosophis, Oratoribus, tam Græcis quam Latinis,  
omniq; artium & disciplinarum genere exultiſſimis hominibus, claris;  
nimium incredibiliter incredibilia, vt ait D. Auguſtinus (lib. 22. de ciu. Dei cap.  
8.) credit mundus? Apagesis.

26. Superest nunc vltimum argumentum, quo miraculorum iſorum *Argumen-  
tum lae.* apud Auguſtinum narratio, ſuſpecta redditur Pareo. PROLIXITAS capituli.  
Sola illa, inquit, narratio tadiſſima, alia nobiliſimi operis capitula, prolixitate  
longiſime excedit. Accurrite o Critici, & artis hoc vestræ tam appositum,  
tam mirificum, & ſpeciosum instrumentum, PROLIXITATIS nim-  
iſum, honorificiſiſimè domum deducite. Vbi o Scaliger? vbi o  
Baudi hæretis cum ſocijs? Quid cunctamini? Attendite. Quandocunque ca-  
pitulum aliquod nobiliſimi alioquin alicuius operis, cuncta alia capitula, prolixitate  
longiſime excedit: tunc illud non caret ſuſpicioſe. Hem artificium, cuius inueni-  
tori vix hecatombe ſufficeret! In prætantifſimorum verò authorum ſcri-  
ptis ita ludere, quanta audacia & temeritas? Eò, niſi tempore, ſibi tempe-  
rent iſti, deueniet res, vt paxillo, iuxta cerebri ſui mensuram fabricato,  
probatiſimorum authorum commentarios dimetiantur deinceps. & ſi  
qua inuenierint, quaē ad illum quadrent capitula, bene quidem illis; ſi vel  
vnico verſu emineant, exauctorentur. Demum de Eusebio, Gregorio, Nicēpho-  
ro, & ſimilib; quid dicam? Certè, qui tam ſunt in Auguſtinum iniuriosi,  
eos quoque contumeliosos in iſtos eſſe, nunquid pudebit?

27. Breuiiter igitur concludamus id, propter quod haec tenus dicta ſunt  
omnia. Solam Romanæ Ecclesiæ doctrinam, inter tot quaē circumferuntur,  
veram eſſe Christi doctrinam: quandoquidem eius ſoliſ, ea etiam,  
quaē maximè ſunt aduersarijs ſuſpecta dogmata, miraculis & signis ſunt  
haec tenus per omnes aetates conſirmatæ à Deo, & indies ita conſirmantur,  
vt meritò dicere cum Richardo de S. Victore poſſimus: Domine, fieri eſt  
quem credimus, à te decepti ſumus. Iſta enim ijs signis nobis conſirmatæ ſunt, quaē  
non

non nisi à te fieri potuerunt. Qui verò falso narrari ista omnia ab histoticis vel dæmonum esse præstigias excipiunt: possunt etiam dicere, quod rectè D. Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei cap. 18. notauit: *Nec ullos Deos curare mortalia. quâ propior nulla ad Athanasium via est.*

THEISIS XIII. MVLHVS.  
Solam Romanam doctrinam non iniicere  
violentas manus in sacras literas.

Eadem ex MARPVRCEN-  
sium corruptione XII.

**S**VSPCTAS etiam eorum omnium, qui se à Romanæ fidei doctrina separarunt religiones, alia nota reddit, quam veteres in hæreticis ut propriam obseruarunt: Scripturæ nempe inutilatio. *Hæresis,* inquit Tertullianus, (*De prescript. c. 27.*) non recipit quasdam scripturas, & si quis recipit adiectionibus, & detractonibus, ad dispositionem instituti sui intervertit. & si recipit, non recipit integras, & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantum veritati obstrebit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. Variæ presumptiones: necessariò nolunt agnoscere ea, per quæ reuincurrunt. *Et Nicæphorus de Marcione* (*lib. 4. c. 28.*) *Ex Euangelijs tantum id quod secundum Lucam est, reiecta tamen genealogia, recipit. nouem tantum Epistolas Pauli probat* (quinque repudiatis) atque ex ijs loca resecat quam plurima. Significantius verò Eusebius de Artemonis sectatoribus, (*lib. 5. c. 27.*) *Quam (inquit) à fide longissimè absint, quid attinet commemorare?* ob hanc cauſsam etiam in sacras literas confidenter & temerè, quasi manus violentas iniiciunt; easq; se emendare & corrigere prædicant, &c.] *Ab*

dare & corrigere prædicant, &c. Liber- tini hoc tempore omnes scripturas nos absoluunt ipsi, quippe, qui non rident. Swenckfeldius, verbū Dei scriptum, litteram occidentem appellat; solaque interna inspiratione contentos nos esse iubet. Paulo mitis agunt Lutherani, & Caluinstæ, qui non omnes scripturas abiiciunt, sed tantum eas, quas suis dogmatibus obstarere (id est, iuxta veterem Ecclesiam, Apocryphos esse) evidentius aduertimus. Veteres enim siue ecclesia Christiana Canonē Iudeorum siue veteris Testamenti, verū & perfectū agnoscunt, & proinde libros, qui dicuntur, Tobit, Iudith, Sapientia, Ecclesiastici, Maccabæorum, è numero verè Canonico-rum per omnia penè saecula aper-tè excludunt. *Athanaf. in Synops. dicit:* [Præter istos (duos & viginti li-bros Canonis Iudaici) alij præterea libri sunt V. T. qui non sunt Canonici, quicque solum à catechu-menis leguntur, vt Sapientia & Ecclæsiasticus, &c. *Cyrillus Hierosolym.* Catech. 4. Istorum, inquit, hos 22. libros Danielis capita. Author etiam Ecclæsiastæ (Salomon) Luthero, vide-tur ocreis, & calcaribus destitutus, equitare tantum in foccis, quemadmodum ipse consuesset, cum ad-huc versaretur in cœnobio. (*Lutherus in coniunctilibus Tit. de libris noui & vet. testam.*) Iacobi Epistola ipsi etiam est straminea. (*Prefat. in Epist. Iacobii idem Erentius, Kemnitius*) Iudee nihil valet. (*Luth. in prefat. in Epist. Iuda, Brent. Chem. alij.*) & quibusdam alijs 2. & 3. quæ D. Ioanni ascribuntur, alterius sunt. De secunda D. Petri etiam dubitant. Epistolā ad Hebreos, cum

cum Marcione & Ario etiam expunxit Lutherus & lectatores. (*Lutherus in prologo huius Epist. Brentius in confess. Virtemberg. cap. de sacra scriptura. Kemnitius in exam. 4. sess. Conc. Trident.*) admittit tamen Caluinus & asseclae. Apocalypsis item Lutheru non placet, nec Brentio, nec Chemnitio, (*Lutherus in prolog. Brentius. Kemnitius loco citato.*) Magdeburgenses tamen, cum Caluino approbat. (*Cent. lib. 2. cap. 4.*) Estne hoc caliu, quam in sacras literas confidenter & temere, manus violentas, vt ait Eusebius, iniçere? Quo verò spiritu hoc audent? Si eo, quo factæ sunt scripturæ, cum is optimè norit, quas fecit, & quas non. Cur non etiam omnes, illius instincu, easdem reiçiunt; & easdem, omnes approbant; at nunc; alij, alias; vertiginoso igitur Spiritu. Ostendant quando Romani, in suis dogmatibus defendendis, in tales angustias, vnuquam fuerint redacti.

tribus & Concilijs, vsque ad annum 1439: cum enim hunc librum inter Canonicos posuit Concil. Florent. Verum postea Driedo negauit esse Canonicum de dogm. eccles. lib. 1. cap. 4. *Sixtus Senens. biblioth. l. i. c. 8.* postrema septem. cap. Esther, & Historiam Susannæ, vt additamenta cum Hieronymo in prefat. in Danielem rejicit. Non igitur in sacras literas confidenter & temere manus violentas, vt ait Eusebius, iniçimus, sed Canonicos libros ab Apocryphis cum primitiua Ecclesia prudenter secernimus. Quomodo verò aduersarij nostri traditiones suas, cum authenticâ scripturâ, sine rubore, conferruminare possint, ipsi viderint.

## V I N D I C A T I O.

*Nota. spiculae  
ritus hereticorum  
per scripturam.*

3. Ex omnibus, quas recensui haec tenus notis, vix villa est tam conspi-  
cua, & ad hæreticum aduersariorum spiritum demonstrandum tam idonea at-

nea, atq; hæc; quod sacrorum Bibliorum corpus, tam fœdè mutarint, lancinarent, ac diripuerint. Si enim Spiritus sancti magisterio & ductu, quod iactitant, scripturas suppositicias à genuinis secernant; cur obsecro non omnes easdem habent suspectas, sed vnuhas, alter alias? An fortassis memoriam labitur Spiritus sanctus, nec quas ipse dictauit olim, meminit amplius? Non omnes, inquit, scripturas abūcimus, sed tantum eas, quas veris dogmatibus obstat euidentius aduentus. Insignem verò vestram modestiam, & erga scripturas sacras cle- *Ecclesiasticas* mentiam; quæ non penitus omnes exulare iuber, sed eas tantum, quæ *calua*. vestris dogmatibus aduersantur. Quis non videat, eundem vos prorsus hic cum omnibus omnium sacerdolorum apostatis funem trahere? Omnesne scripturas eradebant ex canone Alogi, Valentiniani, Manichæi? Minime. Quas igitur? Eas soluas, quas suis dogmatibus obstat aduertebant euidentius. Nunquid igitur ipsorum premitis vestigia? *Scripturas*: Illorum, dicitis, falsa erant dogmata. Quamobrem? Quia nimurum retinere simul in Canone non poterant illas quas repudiabant scripturas, & sua tamen tueri dogmata. At, eadem vos inuoluit necessitas. Potestisne simul, in Canonorum librorum numero accensere, quas reiiciuntis scripturas, & tueri vestra de libero arbitrio, de angelorum patrocino, de Sanctorum pro nobis intercessione, de precibus pro defunctis dogmata? Nequaquam. Quanta verò, bone Deus, peruersitas hæc est, ex dogmatibus quæ sibi quisq; vera persuasit, de scripturis iudicare, cum ex scripturis de dogmatibus iudicandum sit.

4. Pertexunt porrò fabulari, prætendunt q; veteres quo sicut, libros qui dicuntur Tobiae, Judith, Sapientia, Ecclesiastici & Machabæorum, è numero verè Canonis. *Audax assertio.* corum per omnia penè scula aperte excludere. Sed, quām hoc euidēs falsi crimen est? Eos enim & alios nonnullos, quos itidem suæ criticæ nunc subdiderrunt Nouatores; tredecim iam integras x̄tates Canoni fuisse insertos Concilij Carthaginensis decretum testatur manifestè, sic enim habet Canon. 47.

5. Ita placuit, vt præter Scripturas Canonicas, nihil in Ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem Canonicae Scripturae, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, iudicium, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job vnu. Psalterium Davidicum. Salomonis libri quinque. Libri 12. Prophetarum, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, &c. Tobias, Iudith, Esther, Esdra libri duo, Machabæorum libri duo: Noui autem Testamenti 27. Euangeliorum libri 4. Actuum Apostolorum liber vnu. Pauli epistola 13. eiusdem ad Hebreos vna. Petri Apostoli dua. Ioannis Apostoli 3. Iude Apostoli vna. & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis liber vnu. qui sunt viginti septem, &c.

*Catalogus  
librorum  
Canonico-  
rum.*

6. Qua igitur nunc fronte affirmant illi, per omnia penè sacula, è numero verè Canonorum libros istos fuisse exclusos? At, inquit, Hieronymus, Nazianzenus & nonnulli vetustiores Patres, eos non recensuerunt inter Canonicos. quid tum! Concilij Carthaginensis decretum nō viderunt, quod post illorum commentarios sanctam fuit. id, tū ad illorum peruenisset notitiam, non magis extra Canonem eos locassent libros, quam posteriores Patres Iacobi, Iudæ, & secundā Petri, secundam itidē & tertiam Ioannis, & ad Hebreos epistolam, cum Apocalypsi, de quibus similiter olim fuerat disceptatum.

7. Deinde, vt vetustiores quidam Doctores de librorum istorum auctoritate nonnihil addubitarint, semper tamen etiam extitere, qui inter Canonicos illos reponerent. In *Tobia* certè libro Spiritus sancti loquela D. Cyprianus agnoscit (serm. de eleemos.) & propheticam illum scripturam nunquam patre nihil veteret D. Ambrosius, (Lib. de *Tobia* c. 1.) vt etiam Basilius ex eodem libro descriptam sententiam, diuinum vocat praeceptum. (orat. de avaritia.) *De Iudith* volumine testatur ipsemet Hieronymus, illud à prima celeberrimaq; Nicæna Synodo, in sacroru librorum numerum allectum. (prefat. in *Iudith*.) acquieuit Synodi sententia D. August. (lib. 2. de doct. Christ. c. 8.) nec quicquam in ea displicuit Patribus, qui Augustinum sunt consecuti. Vt nihil de Tertulliano, qui Synodus illā antecessit, commorem, qui cap. vlt. de monogamia, vt etiā Origenes in cap. vltimum Iudicum, hunc *Iudith* librum Canonici censuerunt, cum plurib alijs quib; Serarius noster recēset Prolegomeno 4. suorum in *Iudith* cōmentar. p. 214.

*Sapientiam*, pro sacro libro D. Augustinus agnouit, (lib. 1. de prædestinat. Sanctorum c. 4.) & ante hunc Cyprianus (lib. 2. in Julianum.) & Cyprianus. lib. 1. de habitu virg. Concilium quoque Sardicense iam ante 1400. annos celebratum, qua de re Theodoreum (lib. 2. historiae cap. 8.) consulas.

*Ecclesiasticum*, sacram esse scripturam, Clemens Alexandrinus fatetur. (lib. 7. Stromat. circa fin.) & Cyprianus, (lib. 3. epist. 9.) quibus ad stipulatur Epiphanius in Anomorū hæresi, quanquā in lib. de ponderib. & mensura dicat eum nō esse receptū: ex *Iudeorū nimirum calculo*. His Patribus Ambrosium addo (lib. 4. de fide c. 4.) & Augustinum lib. ad *Orosium* contra Priscillianistas. vt eos præterea, qui huius libri scriptorē Salomonem agnoscunt, vt Basilium (lib. 4. in *Eunomi*.) Gregor. Magn. (lib. ro. Moral. c. 14.) & alios.

*Maccabiorum deinde duos* qui reliquiunt, nullo apud eos loco sit necesse est antiquissimorum Patrum auctoritas. Innocentij primi. (epist. 3. ad Exuperantium c. vlt. (Gelasij, in Conc. 70. Episcoporum) Cypriani, (lib. 1. epist. 3. ad Cornelium) Augustini (lib. 2. de doct. Christi. c. 8.) & caliorum complurium, quos tā Bellarminus (lib. 1. de verbō Dei c. 15.) quā Scarius (cōmentariorum suorum pag. 542. & 543.) adnotarunt.

Baruch, quod attinet, nulla inquam fuit apud veteres de ipsius auctoritate dubitatio. Amanuensis & internuncij Ieremiæ Prophetæ functus is. fuit officio, q; ex eiusdē Ieremiæ cap. 36. manifestè colligitur. Hinc passim quæ ex Baruch citant antiquiores Patres & Doctores, vt Cyprianus, Hilarius, Cyprianus, Ambrosius, Basilij, Chrysostomus, alij, sub Ieremiæ nomine citant. q; etiam in causa fuit, cur huius libri nulla distincta sit facta mētio, in describendis Canonis libris, q; quasi prophetia Ieremiæ, pars quædam habitus sit Baruch. Pluribus hæc perlequitur Doctissimus Bellarminus. (lib. 1. de verb. Dei cap. 8.) Ut igitur nullus ex antiquitate Ieremiæ auctoritatem reuocauit in dubium, ita neque Baruch.

Postrema septem Hesteris capita, sacra esse atque Canonica dudum demonstrauit Origenes (epist. ad Iulium Aphricanum) Et, si Hieronymum excipias (cū pauculis recentiorib. quos ipsius permouit auctoritas) ceteri, quotquot Hesteris librum comprobarunt, ista quoq; capita receperūt, vt Concilij Laodiceni & Catthaginensis III. Patres. Eusebius item, Cyprianus, Hilarius, Damascenus, Augustin. alij, q; plurib. iam dudū demonstrauit Bellar. li. 1. de verb. Dei c. 7. ipsiusq; ppugnator acerrimus Jacobus Gretserus.

*Historiam Susanna* frustrā quoq; isti contra tot vetustissimorum Patriū ac Doctorum sententiā vellicant. Eam Ignatius admittit, (epist. ad Magnesianos.) Tertull. (lib. de corona militis.) Cyprian. (lib. 1. epist. 8.) Chrysostom. (serm. de Susanna Tom. 1. in fin.) Ambrosius, (lib. 3. de Spiritu sancto c. 7.) Augustinus, (tract. 36. in Ioan.) Athanasius (in Synopsi.) Reliquos non ad numero; quorū me iudicio potius stare malle, quā Marpurgensium ingenuè fateor, cū nihil adferant, quod nō prideinā refutarint Catholici.

8. Porrò, quæ pro istorū libroruī auctoritate, breuiter disputata sunt hactenus, ostendunt, facile venia mereri Catholicos, q; paulo de quibusdā vel librī, vel libroruī partib. aliter iudicarunt, siue veteres illi fuerint, siue recentiores. Illi n. quod sua estate, quid post eos circa eiusmodi libros discernendum esset ab Ecclesia, diuinare non possent, culpa vacant: Recentiores, quandoquidem nullus etrem suum defendit pertinacius, excusat incogitantia. Nimis enim antequam Conciliorum decreta satis percipissent, in suā pronuncianda sententia fuerunt precipites.

9. Alia longè Lutheranorum, Caluinianorū, Schyvengfeldianorum, *Inexcusa-*  
*Anabaptistarū*, &c. est causa, quorum nō admittit ullam excusationē ter-  
gituratio, cum non tantū Patribus sece opponant singulis, sed etiam poit  
Conciliorum veterimorum decreta, adhuc insultent vniuersis.

10. Maneat igitur nunc, nullos atq; Romanæ doctrinæ cultores, æquè  
à sacrī codicib. violāndis abstinere manus, & pro illorū maiestate cōser-  
uādā certare; hæreſeoſq; cōuinci omnes, quicūq; cōtra fecerint, adictionib.  
X 2 dīrga

Excusatio  
Catholico-  
rum fan-  
cilia.

Inexcusa-  
biles Notho-  
tores.

detractiōnibusq; ad diff̄ēsiōnēm instituti sui, scripturas innētendo, vt ait Tertullianus. (de prescript. cap. 17.)

## THEISIS XIV. MVLHVS.

Soliū Romana Ecclesiā doctrinam, arbitrariās scripture interpretatio-  
nes auferari.

**A**LIVD quoq; hæreticæ do-  
ctrinæ indicium, veteres ob-  
seruarunt. vt Eusebius, (lib. 7.  
c. 24.) Theodoretus, (lib. 1.c. 4.) septi-  
mæ Synodi Patres, (Act. 1.) & alij.  
nempe omni alia credendi normâ  
contemptâ & abiectâ, suo solius iudi-  
cio, quidnam secundum scripturas  
(quas forte ipsi admittunt) am-  
pletestendum, reiiciendumue sit, de-  
cernere. Quod non solum diuinis  
literis aduersatur, quibus soli Eccle-  
siæ eiusque Pastoribus, infallibilis  
Spiritus Sancti assistentia promittitur;  
sed etiâ manifesta ratione con-  
futatur. hoc enim, si vel semel con-  
cedatur, necesse est, omnē fidei cer-  
titudinem ad humanos quosdam sen-  
sus & interpretationes arbitrarias,  
reuocari, dum vñus Papa vel fan-  
ticus hoc, alius aliud, secundum  
cerebrum suum amplestendum re-  
iiciendumue contendit. Quod ijs  
iam euenisse, qui se Romano Pon-  
tifici mancipartint, ipsa experientia  
testatur: Nec illorum quicquam va-  
let effugium, dum Papam propter  
perpetuam Spiritus sancti assisten-  
tiæ non posse errare tradunt, vt  
videre est apud Alexandrum Ca-  
rearium Patau. de potest. Roman.  
Pontif. lib. 1. cap. 23. n. 6. [Sit igitur,  
(inquit) prima propositio: Summus  
Pontifex, cum ecclesiam docet, in  
his quæ ad fidem pertinent, Nullo ca-  
si eis... e potest. Secunda propositio  
tem

## EADEM MARPVRC. XIII.

**A**LIVD quoq; hæreticæ do-  
ctrinæ indicium, veteres ob-  
seruarunt, vt Eusebius lib. 7. cap. 24.  
Theod. lib. 1. c. 4. & alij. omni alia cre-  
dendi normâ contemnâ & abiectâ  
suo solius, alteriusue hominis iudi-  
cio quidnam amplestendū reiicien-  
dumue sit decernere, quod non so-  
lum diuinis literis aduersatur, qui-  
bus solis Electis infallibilis Spiritus  
sancti assistentia promittitur; sed et-  
iam manifesta ratione confutatur.  
Hoc enim si vel semel concedatur,  
necesse est omnem fidei certitudi-  
nem ad humanos quosdam sen-  
sus & interpretationes arbitrarias,  
reuocari, dum vñus Papa vel fan-  
ticus hoc, alius aliud, secundum  
cerebrum suum amplestendum re-  
iiciendumue contendit. Quod ijs  
iam euenisse, qui se Romano Pon-  
tifici mancipartint, ipsa experientia  
testatur: Nec illorum quicquam va-  
let effugium, dum Papam propter  
perpetuam Spiritus sancti assisten-  
tiæ non posse errare tradunt, vt  
videre est apud Alexandrum Ca-  
rearium Patau. de potest. Roman.  
Pontif. lib. 1. cap. 23. n. 6. [Sit igitur,  
(inquit) prima propositio: Summus  
Pontifex, cum ecclesiam docet, in  
his quæ ad fidem pertinent, Nullo ca-  
si eis... e potest. Secunda propositio  
tem

hæc

tem assequantur, atque illius, quam  
explicandam suscepérunt; cum ali-  
ter, vnam scripturam, per aliam, Lu-  
therani; aliter Caluhiani; aliter  
Zwingiani, &c. explicent & inter-  
pretentur. Quibus omnibus opti-  
me dici potest, quod D. Ang. Fausto  
Manichæo obiiciebat. (Lib. 32. c. 19.)  
Videtis, inquit, id vos agere vt omnis de  
medio scripturarum tollatur, authoritas,  
& suis vnicuique animus, author sit, quid  
in quaue scripture probet, quid impro-  
bet? id est, vt non autoritati scripture  
rum homo subiicitur, ad fidem, sed sibi  
scripturas ipse subiicit; non vt ideo illi pla-  
ceat aliquid, quia hoc in sublimi authori-  
tate scriptum legitur, sed ideo recte scrip-  
tum videatur: quia hoc illi placet, quo te  
committis anima misera. Carnalibus te-  
nebris inuoluta, &c. hæc Augustinus.  
hæc est: Non solum in decretis fidei  
Summus Pontifex errare non po-  
test, sed neque in præceptis morum  
&c. Tertia & ultima propositio hæc  
est: Summum Pontificem non solū  
vt Pontificem errare non posse, sed  
nec etiam, vt particularem personā  
hæreticum esse, &c.] O impudens  
mendacium! Intolerabile certè &  
mancipio Pontificis Archiepiscopo  
Florentino, qui part. 3. tit. 22. c. 7. in fi-  
ne scribit: [Cum omnia possit Papa  
& multa alia: potest etiam & hoc,  
quod est commune omnibus, scili-  
cer ERRARE & PECCARE, iuxta il-  
lud: Omnis homo mendax, &c.]  
Quid ergo Catholicum est? iudicium  
infallibile & determinatum de o-  
mnibus controversiis fidei penes  
personam Christi esse, vel penes spi-  
ritum eius, quatenus is nobis loquitur in scripturis Canonicis. Optatus  
contra Parm. lib. 5. [Quærendi sunt iudices: in terris de hac re nullum po-  
terit reperi iudicium, de celo quærendus est iudex. Sed vt quid pulsar-  
mus ad celum, cum habeamus hic in Euangelio testamentum? August. de  
mupt. & concupis. lib. 2. c. 33. Ista controversia iudicem quærit. Iudicet ergo  
Christus, & cui rei mois eius proficerit ipse dicat. Iudicet cum illo & Apo-  
stolus, quia in Apostolo ipse loquitur Christus. De gratia & lib. arb. c. 18. se-  
deat inter nos index Apostolus Ioannes. Chrysost. hom. 13. in Genes. Scriptura  
se ipsum exponit & auditorem errare non sinit.] Illis itaque omnibus, qui  
ex humano pontificum iudicio pendent, optimè dici potest, quod D. Au-  
gust. Fausto Manichæo obiiciebat lib. 32. c. 19. [Videtis (inquit) id vos agere,  
vt omnis de medio scripturarum tollatur auctoritas, & suis vnicuique  
(Papa) animus author sit, quid in quaue scripture probet, quid impro-  
bet? id est, vt ne autoritati scripturarum homo subiicitur ad fidem, sed  
sibi scripturas ipse subiicit; non vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in  
sublimi authoritate. S C R I P T U M legitur, sed ideo recte scriptum videa-  
tur, quia hoc illi (Papa) placet, quo te committis anima misera, carnalibus  
tenebris inuoluta? &c.]

3. Quantumuis thesin hanc deprauarint Marpurgenses, neq; se tamē, neque suos complices, è vertiginosarum Scripturā sacrae interpretationū obiectā culpā eximere potuerūt. Quemadmodū verò certa ac indubitata heresēs nota est, (q; inficiari ex superiori thesi nequeunt Marpurgenses) scripturas alias admittere, alias si displiceant, rejicere; ita multò magis *heresēs nota*, ni aliā credendi normā contemptā, suo solius iudicio ac arbitrio, quidnam secundū scripturas has vel illas, credendum vel respuendum sit, decernere.

*Molesta Re-*  
*formatis*  
*questio.*

Quod crimen, quanquam à se modis omnibus amoliri concēntur sectarij, facile tamē conuincitur. Nam quaro, cuius in dogmatibus suis ex Scripturis cōcinnandis, spiritū & iudicij securus sit Lutherus? cuius Caluinus? cuius Schvvengfeldius? An totius Ecclesie Christi cōmune & publicū? Negant hoc de Lutheranis Caluiniani, & de his, Lutherani vicissim, singuliq; sectarij de singulis; meritò nos devniuersis. Quid ita? Quia totius Ecclesie Christi cōmunc iudicij Spiritus S. iudicij est: id in fidei dogmatibus sanciédis semp̄ sibi cōstat nihil in covarij deprehēditur aut dissonū. Quā verò nutēt, vacillent ac fluctuēt Lutheranorū, Caluinianorū, Schvvengfeldianorū, &c. de cōcreta, quā inter se puguantia sint & diuersa, quā absōna, quis ignoret?

4. Atq; vt omnia fidei negotia proprio arbitratu se gerere penitus demonstrent, eō peruenērūt insanie, vt cū iam dudū Ecclesie vniuersalis authoritatē contēpserint, & Patru exploserint interpretationes quoq; vt hominū cōmentarios nunc, si doctorū suorum, Lutheri, Caluini, Schvvengfeldij, &c. decretis paulò durioribus nō nihil vrgēatur: neq; Lutherū, neq; Caluinū nec aliorū quēquā se morari dicitēt. Scripturas libi credendorū esse Magistrā. At, cuius sensu ac spiritu interpretatas? Nūquid Ecclesie? Nō. Nunquid SS. Patru minimē. Nunquid Lutheri? Nequaquā. Nūquid Caluinī? nullo modo. Cuius igitur nisi proprio? Quid verò est omni prorsus aliā credendi normā abiectā & cōtemptā, suo solius iudicio fidem metiri, scripturatumq; sensum ad capitī sui calculos exigere, si hoc non est?

*Error:*

5. Quod dicunt præterea Marpurgenses: *Solis electis infallibile Spiritus S. assistentia promitti*, prius falsum est atq; erroneū, cum gratia gratis datae, vt loquūtur Theologi, reprobis etiā quandoq; in utilitate Ecclesie cōferantur à Deo. Testatur id Euangelista (Matt. c. 7. v. 22.) dicens: *Multi in illa die dicent mihi, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia ecclīmus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, &c.* Deinde, si de infallibili Spiritus S. assistentia in scripturis facta promissio, ad electos solos pertineat, eos verò nemo nouit certò, nisi solus Deus, qui constabit mortalibus quos in his terris vt indubitatos faciat. Scripturatiū fidei q; (sine qua

*Electos so-*  
*los Deus*  
*resuit.*

qua impossibile est placere Deo) interpretes & p̄cōnes obseruent? Quis de sita fide à Deo an cacodemone p̄posita sit, quicquā certò statuere poterit?

6. Quod deinde obiiciunt, vnum Papam vel Papistam hoc, aliud amplectendum rejiciendum contendere, prorsus vanum est. Nunquā n. contigit, vt quod vnum Papa, secundum hanc illamue scripturā vt fidei dogma tenendū proposuisset, id abiiceret alijs, aut cōtra: quā verò multa Lutherus, de Deo, de Christi persona, de Eucharistia, de prædestinatione, & aliis fidei nostrā mysteriis, vt indubitata ex scripturis dogmata, suis proposuit, quē pro exploratis errorib. Zwinglius, Caluinus, Beza & alij, p̄clamarunt? Quam hodierna die Lutherani Caluinianorum placita detestentur, & hi vicissim istorum, nemo est qui ignoret; cum Iouem lapidem interim iurēt utrique, sua dogmata sacrarum Scripturarum esse dogmata, talene quipiam aliquando fuit auditum inter Orthodoxos?

7. Futilē est igitur quod subiungunt, experientiam testari, eos, qui se Romā no Pontifici mānciparūt, in idem illud inconstantie crīmē iā incidisse. Et certe ni sepius aduertissem haec tenus, neq; intelligere, neq; expēdere q̄ dicūt Marpurgenses, mirarer, quī illis in mentē venisset, dissensionis ac inconstantie notā hanc aspergere Catholicis. Exprobrant nobis in hac ipsa thesi, q̄ persuasum habeamus, nō posse Pontificē ob infallibilem Spiritus S. assistentia in fidei decretis aberare. Imē, si quid decreuerit ipse, ne mutare quidē cōtra nos audere vel histia. scere passim declamat: quā igitur fronte hic nunc affuerant Pontificiorū vnum hoc, aliud, aliud secundū suum cōcerbrum amplectendum rejiciendū cōtendere? Si enim ab vniū ore Pontificis sic omnes pendeant, vt quicquid ipse dixerit, oraculū arbitrentur, quī fieri potest, vt inter se in fidei decretis, quē à Pontificibus proponuntur, non bellē conspirent?

8. Ad Alexandrum Careriu frūstra nos dimittunt. Nihil opus est Patauiū excurrere. In omnī fermē Doctorum manib; Bellarminus versatur, is, q̄ hic adscribuntur Carerio, ex scripturis, ex Patribus, & inuictis rationibus demonstrat solidē, omnibus dissolutis, q̄ Nouatores oggāniunt (lib. 4. de Pontifice c. 3. 4. 5. & 6.) De impudente eiusdem Carerij mendacio, admodum ex- clamant inepit & vanē, cum ne verbulo quidē id probare possint.

9. Quo iure verò, doctrinā pariter & virā sanctimonīa præstantissimū virū D. Antoninū Archiepiscopū Florentinū Pontificis māncipium nūcupat, hæc hominū fex & qualiquilię? Mera hēc ipsorum, Sanctis maledicēdi libido est. Nec intelligunt tamē hoc tantum illum voluisse, Pontificem vt homo est, in priuatis suis de rebus iudicis, ad instar aliorum errare peccareq; posse. Sed hoc ad Mercurium, scilicet: Pergunt interrogantes.

10. Quid igitur Catholicū & respondent. Iudicij infallibile penes personā Christi. refide-

*Obiectio  
vana sibi  
repugnans.*

*Falsum in  
men obie-  
ctum.*

*Repugnat*

*Libertas  
Euāgelica.*

Paralogis-  
mi.

Dialectica  
Parei.

Innihilis re-  
strictio.

x. Tim. 3.

Eph. 4.

Ioann. 16.

Obiectum -  
cula ex Pa-  
triis non  
intellec-  
tibus.

Optato.

refidere. Quibus isti Logicæ præceptis imbuti sint, equidem ignoro. Admodum hanc insultam esse consequentiam, quilibet etiam Dialetices tyro deprehendet. Infallibile de controvërsiis iudicium penes personam Christi refidet vel Spiritum Sanctum. Ergo Pontificis de controvërsiis iudicium non est infallibile. Ut enim antecedens verissimum sit, cuiusmodi tamen ista consequentiae formula est: prorsus qualis haec. Aethiopes nigri sunt: ergo corvi nigri non sunt. Sol lucet: ignis igitur non lucet. Omnia Deus operatur. Nihil igitur nos operamur. Quasi vero diuersis subiectis, eadem, diuersa tamē ratione, repugnant attributa; primarumque causarum efficientia, secundas præpediat, quo minus & ipsæ suo munere defungantur; & iam non amplius baptizent ministri, quia Christus baptizat, nec loquuntur nobis amplius homines, quia Deus nobis loquitur. Simili prorsus Dialeticâ, David Pareus, nuper, & Sacerdotio & Pontificatu, Romanum Papam simul exuere conabatur, Christus, inquietabat, in Epistola ad Hebreos Sacerdos & Pontifex dicitur. Non ergo Papa Romanus, Sacerdos vel Pontifex appellari potest. Et Cum Christus Magnus solum dicatur Sacerdos: nunquid supra Christum sese extollit Romanus Papa, & Antichristus est, dum MAXIMVS audire vult Pontifex? Talibus nimis nigris, & que nec ullum responsum merentur inter literatos, imperitorum aures & oculos isti compilant.

ii. Porro, quod iudicium Christi, & Spiritus Sancti infallibile dicitent, sed quatenus in scripturis Canonicis nolis loquuntur, id nihil aliud est, quam inepta restrictionis additamentum. Nunquam Christi Sanctique Spiritus iudicium nos fallit, siue in scripturis Canonicis nobis loquuntur, siue in Ecclesia, eiusve legitimis pastoribus & Doctoribus. Nam & Ecclesiam columnam affirmamentum esse veritatis nostrum, & eius legitimos Doctores & pastores, à Deo datos ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in edificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fiduci, & agnitionis filij Dei, in viru perfectum, in mensurā atatis plenitudinis Christi: vt iam non sumus parvuli fluctuantes, & circumferamus omnivento doctrina in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris (Ephes. 4.) Quod vt ne fiat se assuturum illis usque ad consummationem facili pollicitus est. Neque destituer eos aliquando promisso Spiritu, qui doceat illos omnem veritatem. (Ioann. 16.)

12. Que ex Optato Milentiano, Augustino & Chrysostomo adduxerunt, illorum duntaxat imperitiam redargunt. Nam si in terris nulli prorsus sint de controvërsiis querendi iudices, neque scriptura, que utique in terris est, controvërsiarum iudex esse poterit; quod assertum tamē ipsi ferunt indignissimè. Hoc Optatus sibi vult duntaxat, illam de anabaptismo inter Donatistas & Catholicos controvërsiam ex noui testamenti verbis istis Ioan. 13.

Qui

qui lotus est, mundus est totus, dirimi posse. Si enim quis emet lotus, id est baptizatus, totus mundus est, cur rebaptizabitur?

13. Augustini lib. 2. de nuptiis & concup. c. 33. sententia, nihil nobis incommodum dat Reos esse infantulos Originalis culpæ, Pelagianos, ex illis Christi verbi: hic est sanguis meus qui pro multis effundetur; cōuinci putat, quemadmodū etiam ex illis ad Rom. 8. Qui proprio suo filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De Gratia vero & libero arbitrio, cap. 18. ex 1. Ioann. 4. Verbis illis: Dilectio ex Deo est: in operibus pietatis, liberum voluntatis arbitrium necessariò iuuandum esse à Deo, cōtendit, & bene quidem; sed quomodo hinc sequitur, quod isti colligunt: Ergo Pontificij omni alia credendi norma contempta & abiecta suo solius iudicio quid credendum repudiandumve sit, decernunt? Chrysostomi hac est sententia. Si quando corporeum quid de Deo affirmetur à scriptura, tum, ne in errorem abripiat auditor, eam ipsam etiam scripturam; quo significatu id fiat explicare. Itaque dum dicit, Deum formasse hominem, inspirasseque, ipsi animam, plantasse hortum, vt ne quis propterea Deo manus affingat, os & fissionem, &c. Scriptura id per modum voluntatis & præcepti factum interpretatur; iuxta illud, fiat lux, fiat firmamentum, fiat luminaria. Sed nunquid propterea vult Chrysostomus, quod isti sibi fingunt. Omnium controvërsiarum iudicem esse Scripturam solam: Deniq; Deum, Christum, Apostolos, per Scripturam eo spiritu quo condita est intellectam, vt per NORMAM & LEGEM de controvërsiis iudicare nemo dubitar: sed nunquid ipsa propterea supremus Iudex erit: Idemque iudex & lex?

14. Atq; ex his omnibus concluditur, tantum abesse solidè & constanter ad hanc thesin XIV. respondisse Marpurgenses, vt plurimū etiam suis suis quatergiuersationibus eā cōfirmarint. Neq; sc̄ de arbitriis scripturarū interpretationib. purgātari, dū se vnius scripturæ genuinū sensum, ex alterius collatione & sensu inuestigare & explicare prætendunt, cū aequè sit dubium, an illius scripture per quā alia explicare conātur, mentē asséquātur, atq; illius quā explicandam suscepérunt, cum aliter vnam scripturam per aliam Lutherani, aliter Caluiniani explicit & interpretetur, & sepius clariores per obscuras magis vt hanc: Hoc est corpus meum, per has, circumcisio est fœdus: Agnus est Phæse, Petra erat Christus, &c.

15. Nunc igitur æquilectoris iudicium esto, quos illud D. Augustini citatum in thesi haec contra Faustū testimoniu, magis perstringat. An Catholicus qui, quid in unaquaque scriptura probent vel improbent, ab vnā verā Christi in terris Ecclesia eiusq; legitimorū pastori interpretatione petendū arbitrantur. An sectarios, quorum quisq; sibi ex scripturis q; liber effingit dogma

dogma; quicquid Ecclesia, quicquid Patres, quicquid Lutherus, quicquid Caluinus, vel alius quisquam in contrariū statuerit, ut rectissimē de illis cū Greg. Naz. dicere possimus; Eos per imperitium, eiusq; comitē, temeritatē, aduersus omnem doctrinam suillo quodam affectū gradi, pulchrasq; veritatis margaritas collucare, multisq; doctoribus permutatis, auribus tandem & animo satiscentes, omnes per aquę fidei doctrinas fastidire, pernicioſamq; formam ſibi pofſis inſculpere (Apol. 1.)

## THESES. XV. MVLH.

Soliſ Romane fidei doctrinam omnibus heretibus oſtium claudere.

1. **M**anifestum est etiam, præterea, quam ingēs oſtium, ad quaslibet nouas hæretes cuilibet effingēdas, aperiatur, niſi omnes, q; Catholici Romani ex ſuā doctrinā præscripto faciūt; ab hoc hæreticorum inſigni ſibi caueant, ſuaq; propria & priuata iudicia, tāquam humana, vni eidēq; infallibili fidei normae ſubiiciant, Canonice ſc. ſcripturę eiusq; auctori Spiritui S. Sit enim doctorellus aliquis spiritus paulo elatioris, habeat etiā non nihil ingenij, ad inueniendū aliquid & defendendū, accedat auctoritas pontificia. Hic in Scripturā aliquam incidat, ex priuatoq; iudicio ſuo, (quod neceſſe eſt fateri Caluinistas, Lutheranis iam eueniſſe, & hos, illis, nos vtrisq; & viuuerſe Scholastico-rum nocti) nouam aliquam hæresin cōminifcarunt, quomodo eū, queſo, niſi vniuſ infallibilis regulæ, (& quidem, que ſeipſam viua voce explicare poſſit) authoritate, comprimes? Si ſcripturam adferas, vel illam ſuppoſtitiam dicet, ſi torquere non poſſit, vel ſi poſſit, proprio ſuo ſenſu ad hæreſim accommodabit. Si totius Eccleſiae Christianæ Doctores & Patres (imo etiam

## EADEM EX MARPURVR. XIV.

2. **M**anifestum eſt etiam præterea, quam ingēs oſtium, ad quaslibet nouas hæretes in Eccleſiam inuehendas, aperiatur, niſi omnes, q; Catholici Reformati ex ſuā doctrinā præscripto faciunt, ab hoc hæreticorum inſigni ſibi caueant, ſuaq; propria & priuata iudicia, tāquam humana, vni eidēq; infallibili fidei normae ſubiiciant, Canonice ſc. ſcripturę eiusq; auctori Spiritui S. Sit enim doctorellus aliquis spiritus paulo elatioris, habeat etiā non nihil ingenij ad inueniendū aliquid & defendendū, accedat auctoritas pontificia. Hic in Scripturā aliquam incidat ex priuatoq; iudicio ſuo auctoritate pontificia nixo (quod neceſſe eſt fateri Thomistas, Scotistis iam eueniſſe, & hos, illis, nos vtrisq; & viuuerſe Scholastico-rum nocti) nouam aliquam hæresin cōminifcarunt, quomodo eum, queſo, niſi vniuſ infallibilis regulæ & quidem, que ſeipſam viua voce explicare poſſit) authoritate, comprimes? Si ſcripturam adferas, vel illam ſuppoſtitiam dicet, ſi torquere non poſſit, vel ſi poſſit, proprio ſuo ſenſu ad hæreſim accommodabit. Si totius Eccleſiae Christianæ Doctores & Patres (imo etiam

## DE FIDE.

etiam ipſum Lutherum & Caluinū) & ſcripturā hanc Canonice habuiffe, & in hoc, vel illo ſenſu, vnanimiter explicuiffe, vrgeas. facillima reſponsio. illos omnes homines fuſſe (& quidē Lutherū & Caluinū novos) errareq; potuiffē: Si iā ad rationes ventū fuerit, vel illas diſſoluet facile, tanquam humanas, vel vt ſophismata eludet. quid igitur homini facies? At qui proſus hoc modo, qui ſe à Catholicis Roman. ſegregārunt, hoc tempore, res gerunt. vnde & in infinitas ſectas & tantum non ad Atheiſmū deducuntur.

## VINDEX ATPIO.

3. Huius theſeos imitationem vel antithēſin potius, plusquam ineptā inſtituerūt Marpurgenses. Oſtium tū demū claudendū hæretibus opinātur, nō ſi rīna eadēq; Chriſti audiatur de controverſiis priuatisq; ſententiis & opinionibus Eccleſiaſ: ſed, ſi ex Reformatorū doctrinā præscripto, qui litigat priuata ſua, propriaque iudicia, Canonice Scripturę eiusq; authori Spiritui S. tanquam vni eidēq; infallibili Normae ſubiiciant. Sed tergiuerſantur tantū & ſubterfugiunt, ppoſitam ſibi difficultatē, nō verò diſſoluunt. Quero namq; ex illis, vnde extra Eccleſia iudiciū conſtare poſſit: Vtrū huic Norma, propria ſuapiuataq; iudicia ſubiiciant, an potius anteponant, qui rixātur, quādo nullus eſt tā absurdus hæreſieſ, quin ſuoiū dogmatum Normam, ſcripturas Canonicas profiteātur, cum tamen ab illis, quām longissimē omnes aberrare neceſſe sit?

4. Notauit fraudē hanc D. Ambroſ. Quia n. inquit, propria authoritate vti non poſteſt ad vittoriū (hæreticus) verba legi adulterat, vt ſenſum ſuū quafiverba LEGIS (ſeu Norme) afferat, vt nō ratie, ſed authoritas preſcribere videatur (in epift. ad Roman. cap. 5.) Et Saluator ipſe monet: vt caueamus a pseudopropheticis qui veniunt ad nos in vſtimentis ouium, ab intus autem ſunt lupi rapaces. (Matthæi ſeptimo) Quid enim eſt vſtitus ouium, vt ait Vincentius Lyi- Vincenſius. nensis, niſi Prophetarum & Apoſtolorum preloquia, que iđem (Prophetę & Apoſtoli) ouili quādam ſynceritate, agno illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quādam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces? niſi ſenſus heretico-rum feri & rapidi, qui cauas Eccleſie ſemper infenſant, & gregem C H R I S T I quaqua

quaquam possunt dilacerant. Sed ut fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & se se diuina Scriptura (seu Norma) sententiis velut quibusdam velleribus oboluunt: ut cum quisque lanarum mollitatem persenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. (c. 36. commonit.)

5. Quis ignorat omnes, omnium ætatum hæreticos per singula quæque sanctæ legis, volitasē volumina per Moysen, per Prophetas, per Psalmos, per Apostolos, per Euangelia, eaquæ suorum dogmatum prætexuisse normam & regulam: siue enim apud suos, siue alienos, siue priuatim, siue publicè, siue in sermonibus, siue in libris: siue in conuiniis, siue in platiis: nihil inquam penè de suo profertunt, quod non etiam scripture verbis adumbrare conentur. Sed tanto magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis umbraculis latitant. Sciant enim factores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcirco eos celestis eloquij velut quodam aromate aspergunt, ut ille, qui humanum facile despiceret errorem, diuina non facile contemnat oracula. Demum: Nulla est, ut ait idem Vincentius, ad fallendum facilior via, quam ut ubi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum protrudatur authoritas (cap. 37.)

6. Similia de hæreticorum suis erroribus scripturas ut dogmatum normam & regulam prætexendi cōsuetudine, passim cæteri Patres inculcant, quæ ne hīc describam pluribus, nimia vetat prolixitas. Paucula hęc at. notasse sat est, ut intelligent Lectores, non statim atque temporis huius sc̄ptarij, à Patribus, ab Ecclesia, à Successione, à Traditione, &c. ad Prophetas, ad Apostolos, ad Euangeliū, tanquam dogmatum suorum Normā prouocent, fidem ipsis tribuendam, cum pseudoapostoli sint & operarij

*Non facile subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi: dumque scripturarum credendum voces auribus ingerunt, in alienum eas sensum interim detorquendo, hęc Scripturas, refectionarum venenum cordibus infundunt. Ut cognationem suam, inquit Cyrillex Alexandrinus (Tom. 1. lib. 5. in Leuit.) adiuicem gerunt visibilia & sicutantib. Cyrillex Alex. invisibilia; &c. corpus & spiritus, &c. ita etiam scriptura sacra credenda est, ex visibilibus constare & invisibilibus, veluti ex corpore quidem, litera scilicet, quæ ridentur & anima, id est sensu, qui intra ipsam deprehendit, &c. Literam hæreticorum linguae resonant, sensum, & litera intelligentiam veram supprimunt, & falsam subrogando, incautos animos decipiunt: De intelligentia vero, inquit Hilarius (lib. 2. de Trinit.) heres est, non de scriptura, sensus, & non sermo, fit triplex: & sapienter ut solet, S. Augustinus (epist. 222. ad Cōsentium) Ipsa Scriptura sancta nisi eas rectè intelligas utiles tibi esse non possunt. Omnes enim hæretici, qui eas in autoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, sed quod non intelligent, hæretici sunt.*

7. Sed

7. Sed iam ad Marpurgensium thesin, in qua potissimum consideranda venit, pulcherrima, scilicet, argumentationis nostræ, quædam imitatio.

Sit, inquiunt, Doctorculus aliquis spiritus paulo elatioris, &c. quales, inquam ego, Caluinistæ sunt omnes, ne uno quidem excepto. Nullus est enim, quin præ se contemnat non modò Lutheranos, Papistas & alios, sed ipsos etiam Patres & totam antiquitatem, si quid docuerit, quod minus placet; ut rectè de illis pronunciarit Tertullianus, *Omnis tument, omnes scientiam pollicentur (de præscript. cap. 41.)* Porro quod apud Catholicos ex Pontificia <sup>Tertull. Pugnan- tia.</sup> autoritate fit, in Ecclesiasticis, non magis ex priuato iudicio fit, quam quod in Politicis ex Imperatoris, aut Regis, aut Principis mandato. *Quin- modo igitur ex priuato suo iudicio dogma nouum cūdisse dicendus erit, Catholicus Doctor, quod Pontificiæ autoritate sanciuit?*

8. Quod hiciterum de Scotistis & Thomistis inculcant, iam ad thesin 9. <sup>Scotista & Thomista consenti- unt in fi- dei decre- tis.</sup> reiectum est. Nam, licet omnes ingenij vires intendant simul, non poterunt tamen exemplum vel unicum proferre dogmatis, quod Pontificiæ au- thoritate subnixus Scotista, ex scriptura confinxit, cuius deinde oppositum Thomista quispam, vel quicunq; Scholasticus aliis, itidem ex scripturā, eadem Pontificiæ authoritate commentus est. Imò vero quis feret hoc tribui Pontifici, ut cui volet autoritatem faciat, fidei dogmata decernendi? Sed multa dicere & nihil expendere, suo sibi iure Schönfeldius iam quali vendicat.

Vehementer autem nobis probatur, quod fatetur tandem, recens subortas hæreses per scripturam ut in fallibilem regulam supprimi non posse, nisi per Ministerium, viua sancti Spiritus interueniar vox, quā scipsum explicet ista <sup>Inconsiden- tia.</sup> Regula. Miror igitur cur tantoper tumultuentur, cum dicimus Catholici, non posse ex scripturæ verbis omnes controversias dirimi, nisi viua Ecclesiæ & legitimorum Pastorum vox interueniat? An Ecclesiæ vox, quæ in legitimorum Pastorum ac Doctorum ore sonat, instituti à Dō, & Spiritu sancto Ministerij vox non est? Vigilantibus an dormitantibus hæc ex- ciderint Marpurgensisibus, meritò dubitatis.

9. Pontificiam porro <sup>Ecclesiæ & vox qualis.</sup> authoritatem sibi vendicare, vel eandem ut erroneam <sup>Pugnan- tia.</sup> audacter reiectare. Canonicas scripturas respuere. Certè hominis esse non potest, qui se Romano Papæ aggregauit, cum is, eiusmodi, si pertinaces fuerint, Anathematis etiam sententia interposita à se, totoq; ouium suarum grege repellat. Eos autem, qui Canonicas scripturas respunt tanquam furiosos deferendos agnoscimus cum Chrysostomo, sed quid illis fieri, qui hoc ipso tempore Machabæorum libros, Iudith, Tobiam, Sapientiam, Ecclesia-

## THEISIS XVI. MVLHVS.

EADEM EX MARPVRC. XV.

86

## DISPUTATIO THEOLOGICA

sten, Ecclesiasticum, Epistolam ad Hebræos, Iacobi, Iudæ, Apocalypsin  
Ioannis respuunt? Nunquid ut furiosi vitandi & deserendi fuerint quo-  
que? sic arbitror.

Absurditas.

10. *Qui Idolomania & Atheismi nos damnant, Omnia retrò sœcula, ditis quoque deuouent. Ab Apostolorum igitur ætate, usque ad hæc tempora erratum sit oportet, ut Lutherum, Caluinum, Zwinglium, liberandus ab idolomania & Atheismo, Christianus orbis hactenus expectarit. Interim perperam, ut cum Tertulliano loquar, euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam adiunxitata, tot virtutes, tot charismata, perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot de- nique martyria perperam coronata. (de prescript. cap. 29.)*

11. Sed ut huius theses vindicationi finem imponam. satis ex di-  
ctis constare nunc arbitror: Normam seu Regulam, quæ controversias  
& lites de dogmatibus inter Christianos obortas prorsus componat aut  
supprimat, *Sacram scripturam solam esse non posse, quando ad hanc, ut, Normam &  
scriptura, quin regulam heretici vniuersi provocant, illaq[ue] se hoc atque illuc ab iisdem trahi permit-*  
**NORMA.** tit. Utterius igitur progrediendum est, & alicuius exquirenda senten-  
tia, qui diiudicet, *Num bene vel male, hic vel iste, suis dogmatibus scripturas ut*  
**Index in-**, *Normam pratexat. Hoc, sola vera Christi Ecclesia, viuâ voce, cuique o-*  
**terpreta-**, *mnes parere necesse est; præstare potest. Nam. & sacram scriptura-*  
**tionum.** *rum custos est; & sancto quo animatur ac regitur Spiritu, ad earundem*  
*sensum verum ab adulterino discernendum, valet; iureque sibi à D e o*  
*concesso iubere ac præcipere potest, ut heresi abiecta veram ac genui-*  
*nam scripturarum sententiam omnes amplectantur & teneant, eosque*  
*deinvent ut pestes, qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniqui-*  
*tati.*

**InterCa**, 12. *Hinc inter Catholicos pax conseruatur, atque in dogmatibus*  
*tholicos*, *concordia, dum statim atque periculosa quæpiam emergit disputatio; vel*  
*cōseruan-*, *vera sententia Ecclesiae iudicio statim declaratur ac proponitur: Vel si-*  
*da con-*, *lentium imperatur litigantibus, donec re mature deliberata & persensā,*  
*sordiaria-*, *quid sentiendum sit, decernatur.*

**zio opti-**, *Atque is solus est & vnicus modus inter Christianos, qui heresis & sectis adiutum*  
*rra.* *ad Ecclesias intercludit.*

## THEISIS

*Solius Romana Ecclesia doctrinam à bla-*  
*spheinis dogmatibus abstinere.*

2. **A** D hæc, ipsorum verborum,

**A** ritum, sententiarumque quibus aduersariorum scripta redundant absurditas & impietas, quænam esse debeat, de ipsorum doctrina existimatio, satis luculenter declarat. Sic legitur in oratione, quam Sixtus dedit ad vndecim millia annorum indulgentias, & debet dici coram imagine beatæ Mariæ virginis in sole: [Ave sanctissima mater Dei: REGINA poli, porta Paradisi, DOMINA mundi, LIBERA ME AB OMNI MALO, ô regina poli, mater gratissima proli, spernere me noli, me commendo tibi SOLI.] Sic canitur in Missali Parisiensi, in prosa missæ de annunc. [Salve de- cucus virginum, MEDIATRIX homi- num, salutis puerpera.] Item in prosa missæ de conceptione hæc canuntur. [Tu spes certa misericordia, verè mater orphanorum. Tu leua- men oppresorum, medicamen infirmorum, ONNIBVS ES OMNIA.] Quid est, obsecro Christum exclu- dere, si hoc non est? sed audiamus, quod omnes omnium statum bla- sphemias exsuperat. Extant enim haec quoque in prosa, quæ incipit Mariæ praæconio. [O felix puerpe- ra, nostra PIANS sclera, iure matris IMPERA REDEMPTORI.] Omitto magis sacrilega, q[ue] nec piè nechone- stè scribi possunt, nec legi. Omitto Surij putidas nänias: Dormi- secu-

345.) Omitto impuriora, quæ honestè nec scribi possunt, nec legi. Veniamus ad alios. 6. Deus author est eius, ait Zwinglius, quod nobis est iniustitia seu peccatum. Mouet Deus latronem, ad occidendum, innocentem etiam, ac imparatum ad mortem. (in serm. de prouid. c.5. &c.6.) Similia Caluinus & Beza. 7. Cum in sua corrupzione homines pereunt, nihil aliud quam pernas luunt, eius calamitatis, in quam Dei predestinatione lapsus est Adam; ac posteros precipites secum traxit. (lib.3. instit. cap.23. §.4.) 8. & iusto Dei impulsu agit homo quod non licet. (Lib. 1. instit. c. 18. §.4.) 9. Impios nō tantum sinit Deus agere, nec tantum moderatur euentum, sed etiam excitat, impellit, mouet, regit, atque adeo, quod omnium est maximum, etiam creat, vt per illos agat, quod constituit. (Beza in respons. ad Castelionem de aeterna Dei prouidentia.) 10. Christum ad infera terra loca descendisse, magnos quidem autores habet, inquit Caluinus. Ambros. August. Hier. &c. (addo ego Apostolos) nihil tamen quam fabula est. (Lib.2. Inst. c.16. §.9.) 11. Et Christum videmus deiectum vt coactus fuerit, virgente angustia, exclamare, Deus mens, Deus meus, vt quid me dereliquisti. (Inst. lib.2. c.16. §. 11.) que desperationis vox fuit. (in cap. 27. Matthei.) Baptismis aqua ad nostram regenerationem, emundationem, & purificationem nihil pertinet; per eumq; nos ab originali peccato, solvi & eximi, falsum est. (Lib.4. Inst. c.15. §. 2. & 10.) Atque hæc tenues tantum quædam sunt stillulae, ex immenso absurditatum & impietatum hostium Ecclesiæ Romanæ, oceano.

## VINDICATIO.

3. Absurdissima & blasphemata dogmata, quæ nihil attinet repeterem, veteres sparserunt hæretici. vt Simon Magus. Cerinthus. Gnostici, Marcioniti, similes. Hos imitati Lutherus, Zwinglius, Caluinus, & illorum mancipia, ea quæ recensentur in nostra thesi, virulenta pronunciata & blasphemata.

## DE FIDE.

blasphemias effuderunt. Quemadmodum verò negare minimè potuerunt illa Marpurgenses; ita multò minus excusare. Vt ne tamē nihil omnino viderentur præstítisse, corraferunt nonnulla, quæ vicissim nobis opponerent; Virgilianum Menalcam fecuti. Huius enim cum Damocetas his versibus tentasset peritiam,

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo; )

Tres pateat cœli spatium, non amplius vlnas?

nec respondere posset Menalcas, ne victus abiret, hanc quæstionem vicissim proponebat.

Dic quibus in terris, inscripti nomina regum

Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

4. Sed ignoscendum Marpurgensibus, quod in absurdissimis Caluini dogmatibus illis defendendis hastam abiijcant, quando ne quidē pro-pugnare illa possint amplius Heidelbergenses. Nam. Cum non ita pridem S. Albaci ad acidulas in eos incidisse, atq; inter cætera delaberetur quoq; meus cum D. Pareo sermo, ad illa duo immania Caluini placita, quorū in hac thesi 16. facta mentio, de predestinatione nimirum quorundam, ex mera Dei voluntate, ad æternas inferorum penas; &c., de peccati causa Deo; mirum quam sese in illis defendendis torqueret Pareus. De peccati causa, dicam thesi 17. ad 1. ex crassissimis à Marpurgensibus nobis obiectis mendacij. nunc de predestinatione breuiter. Negabat igitur Pareus, vñquam excidisse Caluino, Deum absolute & ablique vlla peccati præuisione, ex merâ suâ ac liberâ voluntate ad æternos cruciatus quenquam prædestinasse. Quod si durius alicubi locutus videretur, cum non de Ordinario, sed de Absoluto Dei iure intelligendum, vt qui non tam quid fecerit Deus, exposuit, quam, quid, si ita fuisset visum, facere potuisset. Hoc quale defensionis genus sit, aduertunt facile opinor, qui Caluinum paulò perlegerunt attentius, vt tum etiam statim aduertit oculatior vñus, qui posteâ ad me ventitans fatebatur ingenuè, nihil ad Caluini mentem respondisse Pareum; seseque existimare solum, ad declinandam intuidam auditorum, mitigandamque nonnihil sententiam Caluini, illam de absoluto & ordinario Dei iure distinctionem, Pareum prætexuisse. Vt vt sit, Caluinum, illud Parei diuerticulum plurimis in locis penitus euertisse, certum est.

5. Nam in primis libro tertio institutionum capite 23. §. 4. sic habet Caluini inter cætera. Rursum excipiunt (Romanenses) Nonne ad eam, quæ nunc prodam amniationis causa obtenditur corruptionum, Dei ordinatione prædicti antea sue- dant? Cum ergo in sua corruptione pereunt, nihil aliud quam penas lauant eius ca-

lamentatis in quam ipsius prædestinatione lapsus est Adam, & posteros suos precipites secum traxit. An non igitur iniustus, qui creaturis suis tam crudeliter illudit? Huic verò obiectioni & quæstiōni, quid respondet ibidem Caluinus? Fateretur sane, inquit, in hanc qua nunc illigati sunt conditionis miseriā Dei voluntate decidisse vniuersos filios Adam, atque id est, quod principio dicebam, redeundū tandem semper esse, ad diuinā voluntatis arbitriū, cuius causa sit in ipso abscondita. Vbi quis tam est vecors quin intelligat, de falso & ordinario iure, loqui Caluinum, & concedere ex mero Dei arbitrio & prædestinatione, ad corruptionem illam, quam Catholici damnationis causam dicunt, id est, peccatum, ordinatos fuisse homines: & quando in illa corruptione perirent, & damnantur, nihil aliud quam pœnas lucere calamitatis, in quam Deus prædestinatione, iam de facto lapsus est Adam, & posteros suos secum præcipites egit? Quid verò est DEVM creaturis suis crudeliter illudere, si hoc non est? Quorsum igitur illud Parei diuerticulum?

Dens pot-  
candi ne-  
cessitatem  
imposuit ex  
Calmino.

6. Deinde sectione 6. sic obijcit sibi Catholicorum nomine. *Cur ea* virtio Deus imputarit hominibus, quorum necessitatem sua prædestinatione imposuit? *Quid enim facerent?* An cum decretis eius luctarentur? At frustra id facturi sunt, cum omnino facere non posse. Non ergo iure ab eo puniuntur, quorum præcipua in Dei prædestinatione causa est. Quid hic Caluinus? Recedita veterum solutione quadam, sic nodum hunc ritè expediti debere dicit, vt iuxta Proverbiorum cap. 16. dicamus. *DEVM omnia propter semetipsum condidisse, impium quoque ad diem malum, suoque nutu & consilio ita ordinasse*, vt *deum, ab eo inter homines nascantur ab utero, certe morti denoti, qui suo exitio, ipsum utero nascitū nomen glorificant.* Hiccine, Paree, de iure absoluto, seu de eo quod facere D E V S potuisset, an de ordinario, seu de eo quod fecit, loquitur Caluinus?

Item Deus  
prædestina-  
nit Ad-  
mum ad la-  
psum.

Præterea sectione 7. Non solum DEVM primi hominis casum, & in eo posterorum ruinam præuidisse aut permisisse contendit, sed etiam arbitrio suo ita dispensasse & decreuisse; sic enim loquitur. *Decretum quidem horribile, fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin præscuerit Deus, quem exitum effet habiturus homo, antequam ipsum condaret, & ideo præscuerit, quia decreto suo sic ordinaverat.* & §. 9. *Excusabiles peccando haberi volunt ordinatione, sibi iniciatur huiusmodi necessitas.* Nos verò negamus inde rite excusari, quandoquidem Dei ordinationi, quæ se exitio destinatos conqueruntur, sua contaret equitas. Quæ similiter loca, quæ de absoluto Dei iure, non verò de ordinario accid-

accienda contenderet, nonne manifestè, se tergiuersando diuerticula tantum querere, & effugia demonstraret?

8. Atque hæc de vnica tantum, inter tota nobis hac thesi 16. propo-sitas, Caluini & Caluinistarum in Deum de prædestinatione, nimisum blasphemiam, quam fuisus prosequitur idem Caluinus, in libello de Prædestinatione, & Beza pag. 165. ad acta Colloq. Montisbelgarten-sis, & in volumine 1. Tractat. Theologicarum in Aphorismis, & in responsione ad Sebastianum Castellionem de æterna Dei Prædestinatione, & alij. Nec eam hoc loco (quando ipsius tantoperè nuper puduit Pareum) commemo-rassem, nisi paulò post amicum inter me & ipsum colloquium, studio-res quidam eius Symmystæ, passim, plenis buccis, in materia de Prædesti-natione, reportaram à Domino Pareo, de Mulhusino Moguntino Iesuita victoriā, decantassent. Tantum abest verò, reportare à me D. Pareum victoriā, vt prorsus in Catholicorum sententiam descenderit in-ter disseendum, & cupierit, quod circumfusa turba non nihil captaret audiū, quæ de Caluini sententia memorarem, vt disputatio in deambulationis tempus, eò quod non esset pro populi captu, reicere-tur.

9. Vnum hic præterire non possum, hanc ipsam ex Luthero, in libro de seruo arbitrio contra Erasmus, Caluinum haussisse sententiam.

10. Nam inter cætera istius libri, querere se dicit. *QVO M E R I - Lutherti TO seu QVO O P E R E*, perueniant ad fidem homines, qui Christo in-<sup>eadem que</sup> seruntur, aut ad infidelitatem, qua exciduntur? & respondet Pau-lum ad Romanos docere. *Nullo nostro opere, sed solo amore & odio Dei,* <sup>Caluini</sup> *hoc contingere.* & in eodem libro. *Frustra dicit Paulum ad Romanos 9.* *inducere murmurantes aduersum figulum Deum, si culpa vestis & non figuli, vi-deretur.* *Quis enim murmurat, inquit, si audiat damnari dignum damnatio-ne?* Hinc verò murmurationes humanae. videlicet, quod non vixi, sed segulo sit im-<sup>Dei culpa</sup> putandum, qui crevit & temperet lutum, si vas conicitur in ignem aeternum, <sup>homines</sup> <sup>damnum</sup> <sup>tur ex Lut.</sup> *quod nihil commeruit, nisi quod sui iuris non esset.* Vbi vult expressè, Deo esse imputandum; ipsiusq; esse culpā, quod aliqui coniiciantur in ignem, <sup>meritis</sup> <sup>thero.</sup> &c. qui nihil commeruerint, &c. Et subiungit posteā, *Sed singamus* <sup>hominis</sup> *DEVM talē esse oportere, qui merita respiciat in damnandis: nonne pariter contendimus, & concedimus, vt in salvandis merita spectet?* Vbi vult aqua-<sup>dam</sup> *DEVM absque illorum præuisis meritis reprobos, ad infernum destina-re, atque electos ad beatitudinem.* & paulò post. *Vide nequitiam cordis hu-mani, DEVM, qui indigos sine meritis saluat, immo cum multis demeritis saluat impios, non accusat iniquitatis;* quia sibi commodum & plausibile est, &c. at, cum imme-

*immeritos damnat, quia hoc incommodum sibi est: hoc iniquum, hoc intolerabile est. hic expositulatur, hic murmuratur, &c.*

11. Ex quibus luce clarius conspicitur, Calvinum illam de prædestinatione horrendam sententiam, non tam primum proposuisse, quam à Luther acceptam verborum suorum phaleris ita obtexisse, ut non tam manifestè ipsius ab omnibus notaretur foeditas & turpitudine. Et quoniam ad nullum prorsus tot absurdissimorum axiomatum quæ proposuimus hac thesi, respondere potuerunt Marpurgenses, quid ipsi saltē vicissim nobis opponant, expendamus.

12. Sic legitur, inquiunt, in oratione quam Sixtus dedit, &c. vellem, quisnam inter tot fuisse iste Sixtus, annotassent aduersarij, & simul vbi? quando? qua de causa, istas tam amplas indulgentias concessisset? sed ea de re parum isti laborarunt. Itaque nunc orationum formulas, quas execrantur tantoperè, perpendamus. Prima est. Ave sanctissima mater Dei. REGINA poli, &c. Secunda. Salve decus virginum, &c. Tertia. Tu spes certa miserorum, &c. Quarta. O felix puerpera, &c. Orationes hæc, Christum excludere dicuntur & blasphemæ. Bona verba, quæso. Quid enim eos offendit tantoperè? Verba? an verborum sententia? si verba, commodum illa sensum admittunt. Nam. & æterni Dei quedam verba, diuinæ rursum videntur, quæ tamen explicata ritè, plena sunt diuinæ sapientiæ. Itaque illud Nazianzeni considerent. Non simplicitas verborum, sed malitia intellectus obstinatio, culpam olet. Si sententia, idem illis occurrit Nazianzenus, Cum sensus noster, inquit, cum veritate concordat, à simplicitate Christiana Academicus disputator abscedat. Quis igitur verus verborum, quibus orationes istæ conceptæ sunt, sensus? hic nimis mirum. Tu me apud D E V M precibus & intercessionibus, libera Dei mater ab omni malo. neque alio à nobis sensu Mediatrix appellatur. Omnibus omnia dicitur; quatenus omnibus omnia, quæ ad ipsum pertinent salutem à Deo o potest impetrare per Christum. Quatenus sceleras ex item suis intercessionibus impetrat à Deo auxilia, quibus peccatores commoti resipiscunt; expiare sceleras putatur.

13. Sed, vt quoquo modo intelligantur ista, quomodo, inquiunt, MATER IMPERATORI? Quæram ego vicissim, quomodo mortalis homo & miles imperauit Soli, Lunæ, ipsiç; Deo! (Iosue 10.) Obediente, inquit scriptura, Domino vocibominis. Nunquid vnius obedientia, alterius respicit imperium? Obediuit Deus, imperauit igitur illi Iosue. An quia Moyses suis orationibus & intercessionibus Deum, (quo minus ipsius furor desauiret in populum Israeliticum) tenuisse scriptura memorat (Exo. 32.) Propterea blasphemum quid memorasse dicetur? An quia contra Deum

Deum fortis fuisse Jacob legitur (Gen. 32. v. 28.) Ore propterea blasphemæ Deus dicetur à nobis imbecillior homine? Ea diuinæ voluntatis benignitas & bonitas est, vt suorum se precibus veluti subdat, & subiiciat, teneriç; se patiatur & penitus quasi expugnati. Et hæc, si mortalium respectu, cur non & cœlitum?

14. At magnum illis mouet scrupulum, quod dicitur ad Virginem, me commendabo Tibi Soli. Quasi verò in familiari sermone, voces hæc, VNUM & SOLVM non & apud sacros & apud prophanos authores, idem quod præcipuum significarent aliquande? Soli Deo honor & gloria, inquit D. Paulus i. ad Tim. 3. Gloria, honor & pax, omni operanti bonum, idem inquit ad Rom. cap. i. Solus est, quem diligit Dij, Terentius dixit de Pamphili filio (Andr. A. Et. 5. Sc. 6.) Solus (Phormio) est homo, amico, amicus; idem ait in Phormione (A. Et. 3. Sc. 3.) Quare, cum inter beatos præcipue pro nobis intercedat Sanctissima Virgo, quid hanc loquendi consuetudinem fecutus peccat, qui solidi commendat D. Virgini?

15. At, inquiunt, in Christum blasphemus est, & iniuriosus, qui se alteri quam Nulla sit ipse commendat, qui alterius quam ipsius, opem & auxilium implorat. Sic quidem in Christo iniuria dum isti degeneres admodum, Apostolorum Sanctissimorumque Patrum Ecclesiæ, filij. Nihil verebatur hanc calumniam D. Paulus, qui passim se fideliū commendabat precibus. Nihil Atchanasius, quando sic precabatur. Inclina aurem tuam (Maria) in preces nostras: & ne obliuiscaris populi tui. Ad te claramus, recordare nostri Sanctissima Virgo. Interedi bera & Domina, & Regina & Mater Dei, pro nobis. (Serm. de Annunciatione circa fine m) nihil Gregorius Nazianzenus, quando sic compellabat Athanasium. Tu autem è supernis propitiatus nos respice, & populum hunc sanctum dirige, & nos in pace quidem fore & cōpasce in certamine autem dirige & suscipe, & cum te ipso statue & ijs, qui tales sunt ut tu, et si magna sit periclio. (Orat. in Athanasium) Nunquid Ambrosium quoq; reponent inter idololatras & blasphemos? ita enim is, libro de viduis. Obscurandi sunt Angeli, qui nobis ad presidium dati sunt. Martyres obscurandi, quorum videmur nobis, quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiā si qua habuerint peccata, lauerunt. Qui non parcunt Ambrosio, nihil certè verebuntur Augustinum. Habet, inquit is, Ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitant ad altare Dei, vbi non pro ipsis ore tur, pro ceteris autem defunctis ore tur. Inuria est enim pro Martire orare, cuius nos debemus orationibus commendare (serm. 17. de verbis Apostoli) iam, ferentne Bernardum ita suos auditores exhortantem? In periculis, in angustiis, in rebus dubiis MARIAM cogita, MARIAM inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetrare eius orationis suffragium, non deferas conuersationis

sationis exemplum: ipsam sequens, non deuias: ipsam regans, non desperas; ipsam cogitans, non erras; ipsa tenente, non corruis, &c. (serm. 2. super Misericordia est.)

*Quomodo Domina vocant Pontificij, D. Virginem & Reginam. Quidnisi Nunquid & Dominari, & Regnare dicuntur in Scripturis Beati? Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundineto discurrent, iudicabunt nationes, & dominabitur populis. (Sapient. 3.) Nunquid Apocalypses legitimus: Et scisti nos Deo nostro Reges, & regnabunt super terram? &c.*

17. Finiam hunc locum, ubi paucis nuperam meam cum D. Pareo de hoc argumento disceptatiunculam recensuero. Sanctorum inuocacionem hac conabatur is ratiocinatione conuellere.

*Aut Christus iam sufficienter orat pro toto corpore Ecclesia vel non. Posterius hoc absurdum est:*

*Ergo prius concedendum.*

*Non igitur absque iniuria Sancti inuocantur. Huic paralogismo, cum continuo hunc similem subiungerem: mirum quam tergiuersaretur Pareus. Sic argumentabar enim,*

*Aut tempore D. Pauli sufficienter orabat Christus, pro toto corpore Ecclesia, vel non. Posterius hoc absurdum est.*

*Dandum igitur prius.*

*Non igitur absque Christi iniuria D. Paulus cum Romanorum, tum aliorum etiam pro se, cursuq. Euangeli preces postulabat.*

18. Hic dissimilem esse viuorum in terris, atq; Sanctorum in cœlis rationem, respondebatur. *Vt quis præceptum esse, vt pro se inuicem orarent; non similiter calitibus. At, nihil hoc referre, aiebam ego, vt enim cœlitibus lex ea de re nulla esset posita, quam sub peccati pena transgredi possent, eos tamen ex charitate fraternali id facere. Hoc igitur me iam iterum atq; iterum querere;* Quamobrem sufficientia Orationum Christi pro toto corpore Ecclesia fusarum, nihil viuorum adiuncta preces obstant; obstant vero beatorum? Cum æquè in se, viuorum atq; cœlitū respectu, sufficientes Christi orationes essent; ita vt quæ admodum ex viuorum precibus nulla illis fieret valoris, quæ antea in se non habebant accessio; ita nec ex beatorum precibus quidpiam illis aduenire cogitaretur, cuius à Catholicis existimarentur indigere, vt à Patre aliquid impetrare possent.

19. Sed nullum tunc responsum aliud, quod propius ad questionis solutionem accederet, quam identidē repetitū illud, extorquere potui. *Vt quis id esse mandatum, vt pro aliis orarent; defunctis non item; & scriptum esse; Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies.*

20. Aduertit postmodum Pareus, responsum hoc solum, minime satisfecisse

fecisse questioni. Itaque in commentatio epist. ad Hebreos, cap. 13. col. 697. aliquid adiunxit: nimur, preces viuentium, non derogare Christo, quia adhuc peregrinantur à Domino: preces verò calitum derogare honori Christi; quia iam viuunt in Christo. *Vnde vel negligentia vel iniuicem cordia cum in faciem arguerent intercedendo pro aliis apud Deum, &c. Nolo responsum hoc exagitare pluribus. Fateor tamen me illud legendō risum continere non potuisse. Quis enim dubitat, quia Christus, quemadmodum sufficienter iam in cœlis pro toto Ecclesiæ corpore Patrem precatur: ita etiam sufficienter eidem Patri pro totius Incarnationis suæ redemptionisque nostræ & glorificationis mysterio ac beneficio, gratias agat? An propterea cœlestes illi spiritus, qui Apocalypses 7. in conspectu throni, in facies suas cecidisse & adorasse Deum scribuntur, dicentes. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actiones? An similitudinem illorum Christi, qui Apocalypses 7. in conspectu throni, in facies suas cecidisse & adorasse Deum scribuntur, dicentes. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actiones?*

*An Christum negligentia vel socordia in faciem arguent? Deinde, quin Christus ab æterno suo Patre sufficienter petat, de hostium & persecutorum Ecclesiæ tyrannide, vindictam; non dubitabit Pareus: An propterea Christum negligentia vel nimia lexitatis in faciem redarguent Christum, dum magna voce clamant: Vtquequo Domine dictam de Martires Apocalypses 6. v. 10. vel negligentia vel nimia lexitatis in faciem redarguent Christum, dum magna voce clamant: Vtquequo Domine dictam de sanctis & viris non indicis & non vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant in terra. Sed absurdior est ista Parei tergiuersatio, quam ut in illa refutanda diutius hæream.*

21. Ad meos igitur Marpurgenses redeo, qui sese omittere multa, superioribus magis sacrilega protestatur; Nenias iridem Surij, &c. Quænam verò sint illa tam sacrilega, aut Surij Nenia, aut equidem diuinare nō possum: vt nec quid Dormiri secure, Pomerius de Sanctis Rosarium Mariae, Ioannes Nider, & cæteri, quos curè. citant, (non legerunt tamen, cum nec recte scribere illos potuerint) pec- carunt, nisi prius id me doceant ipsi. Pergamus igitur ad alia.

22. In summa, inquit, doctrinam Papisticā esse impurissimam, per singulas eius pulchras partes, nostri doctores demonstrarunt. Scilicet. Si calumniari ac conuiciari demonstrare est, ita id abundanter demonstrauit, vt fustuarii mereatur, qui rito fidé illis nō adhibeat. Sed quistā demens est, vt sibi persuaderi patiatur, nō nisi impurissimā doctrinā solam, à tot sæculis in Ecclesia Christi, publicè obtinuisse: quæ verò doctrinæ nostræ pars est, quam nō antiquissimā esse demonstrare nos possumus? quin pferunt illā aduersarij. Atq; hac doctrina.

23. Sin autem de morib[us] queritur, inquit, coperietur in Romana sede plus latusse sat banæ, quam in villa vnguam tyrannide, &c. Videmini mihi, o boni, vna cum

*Repugnantiæ.* cum fide, prudentiam abieciisse quoq; & omnino mentem. Si tantus est Ecclesiæ Romanæ scriptorum candor & sinceritas, vt ne *Gnatones* quidem Pontificum illorum flagitia, si quæ ad misericordia, dissimulent; sed in lucem & omnium oculos suis scriptis producant; quanto minus dissimulassent vel hostes ipsorum, & æmuli, qui nunquam defuerunt; si quæ noua cuditissent & pernicioſa fidei cultus re degmata? Iam veò nullus illa refert, nec Guato, nec Petacio, nec amicus nec hostis. Eadem igitur semper fidei cultusue à primo Pontifice, vsque ad hunc Paulum V. perseverat in Ecclesia, vetus & constans doctrina, iuxta illud Christi; *Rogauit pro te Petre, ut non deficiat fiducia.*

*Quantum licuit hac satanæ, in diuidenda Ecclesiæ.* 24. Contra verò, si ea ipsa, quam vestræ perfidia consortes texuerunt, historia, cum hominum, quæ vñquam à condito mundo extiterunt mortis, conferatur; comperiemus in solis vobis, qui hac tempestate secessione fecistis ab Orthodoxis, plus in disciudenda religione; & Christi corpore, quod est Ecclesia, dilaniando & discerpendo, satanæ licuisse, quam in vlla vñquam tyrannide, vel hæresi, quam orbis terrarum conspexit. Hinc tot Orthodoxorum Reformatorum, (ita enim audire gaudetis) sc̄tæ ac familiæ: Lutheranorum, Zwinglianorum, Calvinistarum, Anabaptistarum, Osiandrinorum, Statutariorum, Seruetianorum, Maioristarum, Schyvengfeldianorum, Puritanorum, Vbiquitariorum, Trinitariorum, Flacianorum & aliorum qui numerari non possunt, & tantum non ad interitum spectant totius religionis & status.

24. Manifestum igitur ex his omnibus censeo, nec ea hæreseos nota, quæ ab impiis & absurdissimis dogmatibus petitur, aduersariorum nostrorum doctrina, carere: quando quæ proposuimus, nec negare possunt, vt nimis manifesta: nec defendere vel excusare, vt prorsus execranda.

### THEISIS XVII. MÜLHUSINI.

*Hereticos vehementer mentiri.*

**I**AM tandem ad extremum, si quis ingentia mendaciorum plaustra, quæ vñdecunque contra Catholicos Romanos conuehunt, inspiciat: vel iniuitus etiam, illorum religioni & fidei, omnem prorsus fidem abrogabit. Nos tantum paucula notabimus, quæ claritatis gratia, per comparationis gradus distinguemus in Crassa, Crassiora, & Crassissima.

### CRASSA SVNT.

1. *Principium fidei illorum (Papistarum) est posse hominem propriis naturæ virtibus, fa-*

*bus faciendo, quod in se est, OMNIA MANDATA DEI perficere.* (*Lutherus de abroganda missa priuata.*)

2. *Clamant Concilij Patres. Ecclesiam, id est, Pontificem, cum suis spiritualibus, esse supra Scripturam, & Papam posse ex plenitudine potestatis contra Apostolum & totū vetus testamentum dispensare.* (*Illyricus de praxi Concilij Tridentini.*)

3. *Pluris in baptismo fit, (apud Romanenses,) Chrysma, cereus, salis sapor, sputum denique, quam aquæ lacrum, quo tota confitat Baptismi perfectio.* (*Calvinus in annulo Concilij Trid. sess. 7. cap. 13.*)

4. *De purgatorio, sacra scriptura nihil nouit. Neque Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, quicquam de eo sentiunt.* (*Luth. in colloquio de damnatione & inferno.*)

5. *Euangelium docet peccatum esse, non tantum actiones externas, pugnantes cum lege Dei, verum etiam dubitationes de Deo, securitatem carnalem, & contumaciam: Pontificij negant hac mala in renatis reliqua, esse peccata pugnantia cum lege Dei.* (*Darius Chythaerus in cap. 9. Apocalyp.*)

### CRASSIORA.

1. *Papistæ, Virginem MARIAM Deum constituant; Omnipotentiæ ei in celo & in terra attribuunt. Plus favoris & gratiae ab ea expectant, quam ab ipso Christo.* (*Luth. ad Euang. de festo Annunc.*)

2. *Sentiant Deum esse placatum & propitium propter traditiones, & non propter Christum.* (*Apolog. Confess. Aug. cap. de Tradit. humanis in Eccl.*)

3. *Sacramentum penitentia, in totum, Papistæ aboleuerunt, ne vestigio quidem eius relicto.* (*Luth. cap. 1. Babyl. cap. de Sacr. penit.*)

4. *Augustinus de reliquis Stephani scribit, (superstitiosum,) & magnum concursum ad eas in Africam vsque factam, (dementatis populis, quibusdam illusionibus, quæ pro miraculis habita sunt) lib. de ciuit. 22. cap. 8. Parenthesi inclusa, Magdeburgensem sunt, & proinde ad hunc ordinem pertinent. Lege ipsum August. loco citato.* (*Magdeb. Cent. 5. c. 6. Col. 699.*)

5. *Falso accusantur Ecclesiæ nostra, quod Missam aboleant; retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur.* (*Conc. eff. Aug. c. de Missa.*)

6. *Lege libros illorum sophistarum de penitentia, & videbis, eos, nec promissionis, nec fidei villam mentionem facere. His enim partes penitentiae vias omittunt, & solis mortuis contritionibus homines exagitant.* (*Luth. aduers. execrabilem Antichristi bullam.*)

### CRASSISSIMA.

1. *Ad homines siveniamus, satis scitur, quales reperturi simus, Christi vicarios, Iulius scilicet, & Leo, & Clemens, & Paulus, Christianæ fidei columnæ erunt, pri-*

*mique*

mique religionis interpres, qui nihil aliud de Christo tenuerunt, nisi quod didicerant in schola Luciani. Sed quid tres, aut quatuor Pontifices enumeros? Quasi vero dubium sit, qualem religionis speciem professi sunt, iam pridem Pontifices, cum tuto Cardinalem collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcana illius Theologie, quae inter eos regnat, caput est, nullum esse Deum. Alterum, quecumque de Christo scripta sunt, ac docentur, mendacia esse & imposturas. Tercium, doctrinam de futura vita, & ultima resurrectione meras esse fabulas. Hac iam pridem, esse capit, Pontificum religio. (Calvin. lib. 4. Inst. c. 7. §. 27.)

2. Sacraenta, pro libidine sua, vel instituit (Papa) noua, vel quæ à Christo instituta erant, corruptis & vitiat. Imo penitus abolet, ut in eorum vicem substituat, quæ finxit ipse sacrilegia. (Calvinus in Expos. Epist. 1. Thes. 2.)

3. Iudicata opinio est, sentire, quod per Ceremoniam instituiscemur, sine bono motu cordis, hoc est, sine fide; & tamen hac impia & superstitionis opinie, magna autoritate docetur, in toto regno Pontificio. (Philip. Confess. August. art. 13. & in Apolog. eiusdem artic.)

4. Papa dicit: Nemo extra me, meas claves, & missas potest operem ferre. Christus & fides, nihil hic possunt conferre.

5. Papa dicit: Christus est ebrius, stolidus, fatuus & oblitus, quantum potest statem ligandi cum claves mihi tradiderit. (Lutherus lib. adu. Papatum Rome fundatum editio anno 45.)

6. Papa dicit: Qui non adorat, ventris mei crepitus, peccatum mortale committit, & dignus est inferno.

7. Error secta Iesuitica est, quod Christus, et si mediator & intercessor noster fuerit, nunc tamen non sit amplius: sed iam solos sanctos intercessores & mediatores nostros esse. (Confess. Mansfeld. cap. 7. de erroribus Iesuitarum.)

Atque haec vniuersa, quam falsa sint, Catholicorum pueri norunt, & delirant.

#### ANTITHESIS MARV R. QVE ILLORVM THESS. XVI.

**I**AM tandem ad extremum, si quis ingentia mendaciorum plaistra, quæ videcunque contra orthodoxos conuehant, inspiciat, vel inuius etiæ Allorum religioni & fidei, omnem prorsus fidem abrogabit. Nos tantum paucula notabimus, quæ claritatis gratia, per comparationis gradus distinguemus, in crassa, crassiora & crassissima.

#### C R A S S A S V N T.

1. Calviniani (sic Papa mancipium Catholicos reformatos contentim vocat) simile

similes Manichæis, qui nihil volebant credere, nisi quod ratione naturali comprehenderent. Mulhusius animadu. de Script. auth. pag. 39.

2. Nulla in vobis (reformatis) nulla prorsus Spiritus Sancti suasio est, sed tantum cacodæmonis susurrum. idem ibid. p. 85.

3. Ad Apostolicas traditiones minimè vos (orthodoxi) quidem provocatis, eo plauè modo, quo iij heretici, de quibus agit Ireneus: ad occultas verò illas, de reuelatione facta Lutheru, de suggestione Zwinglii, de Caluini missione, tandem ad priuatum vestrum spiritum provocatis, in omni quæstione, de religione apud vos instituta Magirus jesuita in breu. admon. pag. 161.

4. Omnia ad priuatum suum spiritum examinantes, quicquid contra adseratur summa cum impudentia atque pertinacia reliciunt, atque ex alto despiciunt, id. p. 159.

5. Nisi fides huic martyri (Cypriano) detrahatur, Petrus martyr Vermilius, omnesque cum eo foederati peiores adulteris & Sacilegii habentur. Edmund. Camp. in rat. 10. Roma apud Francisc. Zanettum impensis anno 1582. pag. 34.

6. Infelix exitus eorum est, qui ecclesiam oppugnant, exemplum est Lutherus repentinâ morte sublatus. Nam cum vesperi opiparam cœnam sumisset latus & sanus, & facetiis suis omnes ad risum provocasset, eadem nocte mortuus est. Bellarm. lib. 4. de notis Eccles. cap. 17. & paulo ante cap. 11. mendacissime scribit: Lutherus bis tentauit miraculum facere: sed quamvis viventi miracula non sicut cesserint: idem tamen post mortem miraculo insigni claruit. Nam eius cadaver cum deferretur in media hyeme, & esset inclusum in arca stannica optimè clausa, ut Witebergæ sepeliretur, tam tenui odorem spirare coepit, ut nemo cum ferre potuerit. Proinde coacti sunt corpus relinquere in itinere.

#### C R A S S I O R A.

1. Cum multa sunt, quæ aduersariorum dissidentiam in causa loquantur, tum nihil aequè atque sanctorum maiestas Bibliorum fœdissimè violata. Id. Campian p. 9.

2. Arrepta virgula censoria, velut arbitri sedentes honorarij diuinæ ipsas tabulas, si quæ ad stomachum non fecissent, OBLITERANT: id. p. 13.

3. Nihil est mirum, homines qui nouam fidem archistarunt, non una quoque Biblia cedere coactos. Mulhus. lib. citato p. 99.

4. Qui seculis omnino quindecim, non oppidum, non villam,

non dominum reperint imbutam sua doctrinam, donec infelix monachus Lutherus, incesto connubio, veteram Deo virginem funestasset, aut Helvetius gladiator in patriam coniurasset, aut stigmaticus perfuga Genevam occupasset: iij coguntur ecclesiam si quam volent, in latebris venditare, & eos parentes asserere quos nec ipsi nouerint, neque mortalium quisquam adspexerit. *Camp. p. 22. & 23.*

5. Tritum est in hac (*Orthodoxorum*) fece, omnia peccata esse patia, sed ita (ne Stoici reuiuiscant) si Deo iudice ponderentur. Ac si Deus & equissimus iudex, oneri nostro cumulum potius, quam leuamentum faceret, & id quod non est in re, quem sit ipse iustissimus, exaggeraret. Hac trutina non leuius in Deum seuerissime iudicantem deliquerit ille capo, qui Gallum gallinaceum, quando non est opus, oceiderit, quam infamis ille sicarius, qui plenus Beza, Gallum Heroa Guisum, admirabili virtute principem, displosa fistula clanculum interemerit. *Campianus p. 54.* At, inquam, tantum hoc Campiani mendacium est, ut nisi iam similia frequentius transmittendo, pervias fecisset fauces & ampliores, vnicum suffecisset, ad hominem præfocandum. Sed usus parit facilitatem.

#### C R A S S I S S I M A.

1. Falso norint suorum axiomata: Deus est author & causa peccati, vicens, suggestens, efficiens, iubens, operans & in hæc impiorum scelerata consilia gubernans. Proprium Dei opus fuit, ut vocatio Pauli, sic adulterium Davidis, Iudeique proditoris impietas. *Camp. p. 49.* Omnis hoc mendaciorum contra Catholicos reformatos quinta essentia est, quam Campianus eduxit, & Becanus nuper recoxit. Lege, si placet, nostram sententiam apud Petrum Martyrem *Verm. in comm. in 1. Sam. cap 16 fol. 276. 277. &c.*

2. Christus ab infantia non fuit gratia consummatus, sed animi do-  
tibus veluti cæteri homines adoleuit, usus factus quotidie sapientior, ita  
ut puerulus ignorantia laborarit: Sic docet Lutherus, Bucerus, Calu-  
nus, Löff. Heming. Melanchthon.] Addo ego, ipse Lucas Euangeli-  
sta capite 2. vers. 40. [Quod perinde est, ac si dicenter originis labe & vi-  
tio sordidatum. Mendacium hoc tuum est o Campiane, p. 51.

3. Præclaras vero partes assignant gratiae, quam neque infusam cordi-  
bus nostris, neque ad resistendum sceleribus validam esse latrant, sed ex-  
tra nos in solo Dei favore collocant, qui favo non emendet impios, nec  
purget, nec illuminet, nec dicit, sed veterem illam sententiam adhuc  
manentem atque fatentem, ne deformis atque odiosa putetur, Deo  
conni-

conniuente, dissimulet. Quo suo plasmate tantoperè delectantur, vt ne Christus quidem apud illos gratia plenus & veritate dicatur, quam quod ei Deus pater mirandum in modum fauerit. *Mendacium contorduplicatum eiusdem pag. 55.*

4. Imago Dei in homine penitus deleta est, nulla boni scintilla superflue, tota natura quo ad omnes ANIMA. PARTES ita funditus euenia, vt ne renatus quidem & sanctus quicquam sit aliud intrinsecus, nisi mera corruptio & contagio. Quorsum ista? vt qui sola fide gloriam capturi sunt, in omnium turpitudinum cœno volutati naturam accusent, virtutem desperent, præcepta deoneren. *Idem pag. 53.*

5. Ad Sacraenta festino. Nullum, nullum, non duo, non vnum, o sancte Christe, reliquerunt. Ipsorum quidem panis venenum est. Baptismus etsi adhuc verus est, tamen ipsorum iudicio nihil est vnda salutaris, non est canalis gratiae, non deriuat in nos Christi merita. Sed significatio duntaxat salutis est. *Idem p. 56.*

Atque hæc vniuersa, quam falsa sint vel orthodoxorum pueri norunt & deliræ anus. Quod restat, oro, vt Christus Dominus, qui lux est & æternæ veritas, pro suâ immensa bonitate, omnium aduersariorum nostrorum mentes, ita collustret, vt, in quibus mendaciorum crassissimis tenebris, hactenus verlati sint, tandem aduertant & resipiscentes orthodoxam fidem, quam solam tutò recipi posse & debere ostendimus, nobiscum recipiant & profiteantur, vt que de iis illud verè dici possit, quod diuus Apostolus de se dictum scribit: Qui persequebatur nos, nunc Euangelizat fidem, quam olim vastabat. *Gal. 1. vers. 23.*

#### A N I M A D V E R S I O.

3. Nullus ager tam filicis ac lappatum fertilis est, atque haeresis men- *Hereses*  
dacionum. Testatur id inter cæteros D. Cyprianus, (lib. 1. epist. 3.) qui Flo- *Fertilis.*  
rentio probro dat, quod haeticorum mendacijs tam facile fidens, inter- *mendacio-*  
torem fit abducens. Prevaluit autem apud te, inquit, contra diuinam sententiam: &  
rum. contra scientiam nostram fidei sue viribus nixam, inimicorum & malignorum commen-  
tum. Quasi apud laicos & profanos, & extra Ecclesiam positos, de quorum peccatoribus  
excesserit spiritus sanctus, aliquid esse posset; nisi mens prava, fallax lingua, & odia re-  
nenata, & sacrilega mendacia, quibus qui credit, cum illis necesse est, ut inueniatur,  
cum iudicij dies aduenerit. Idem cū maximè testantur huius tempestatis se Crati-  
rij, quod ex pauculis istis, quæ in nostra thesi 17. recensuimus, perspicuum  
est. Ad ea, cum nihil magis, quam ad superioris theses tartarea dogma-  
ta, respondere potuerint Marpurgenses, imperarunt sibi silentium. *Silentium*  
*Marpur-*  
*suo penium.*

suo se officio perfunctos rati, si tam luculentis suorum mendacijs, confitatis quibusdam alijs in Catholicos, tenebras offunderent. Sed prius obscurabunt Solis lumen, quam ut hoc obtineant.

*Liborius Gallus.*

*Parens.*

4. Conatus antehac fuit eadem refellere, Liborius quidam Gallus, Mulhusinus, qui ne agnosceretur, Henrici Christmanni nomen sibi sumplerat. sed quid effecit? Ne hilum. noua tantum complura ac intollerabilia adiecit. indoctus nimis homo & ignarus, ut qui ante biennium humaniissime à me ad amicam, de ijs, quæ contra me scripsisset, collatione inuitatus, & aliquot dies expectatus Mulhusij, comparere tamē noluit, ne verbum commutare mecum ausus, non absque notabili nominis sui, apud populares nostros ignominiam. Cordatior Parens est, in quem cum superiori æstate ad Swalbacenses fontes casu incidisse, quanquam oblatam sibi à me disputationem, de rebus quas mutuis scriptis ab aliquo iam tempore tractauimus, acceptare nollet; (quod paratum me ad disputationem illam venire protestaretur.) de alijs tamen, ut Sanctorum invocatione, Prædestinatione, Causa peccati, Antichristo, Missæ sacrificio, &c. satis amicè mecum differuit. Sed iam mendacia, quæ Catholicis affingunt isti, discutiamus.

### *Ad Crassam à Marpurgensibus confictam mendacia.*

*Engratitius.* 5. Inter Crassam recensent illa sex, quæ primo loco descripta sunt, quæ do Marpur refellam singula.

*genfum.*

Ad primum igitur dico. Papa mancipium ob omnimodam subiectionem & obedientiam in ijs, quæ ad fidei doctrinam spectant, à Religionis & Ecclesiæ Christi perduilibus vocari, honorificum mihi duco & gloriosum. Dixisse potò me, Caluinianos similes esse Manicheos, qui nihil volebant credere, nisi quod ratione naturali comprehenderent; ingenuè fateor, mendacium id esse, prorsus nego. Quid enim, obsecro, verè, id est, propter solam dicentis Dei authoritatē, (quæ unica fidei supernaturalis ratio est ultima,) ipsi credunt? Prorsus nihil, humana tantum illorum fides persuasio est; de Deo, de Trinitate, de Christo, de omnibus. Qui enim verè, id est, propter dicentis Dei authoritatem credit, is omnia quæ reuelat Deus æquè credit, siue captum ipsius excedant, siue non. An hoc faciunt Caluiniani? Cur igitur fidem non adhibent dicenti Christo: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: hic est sanguis meus, qui pro vobis fundetur?* Captum nimis illorum superat, unum idemq; corpus, bis esse aut pluries, in celo nimis, & hinc inde in altis, idem illud à nobis comedì, & gloriosum esse, &c. *Cur Euangelista Ioanni fidem non habent, narranti clavis propter merum Iudæorum*

*An verd. credant Caluiniani?*

dæorum iamvis, Christum ad discipulos nihilominus miraculosè penetrasse? *Cur illis incredibile videtur ex utero matris illæso, in lucem eundem recens natum prodijisse?* nimis non capiunt, quod orbis retrarum fidei imbutus hactenus sibi persuasit; corporum penetrationem Dei omnipotentiam non superare. Et cum haec, quæ tā manifestè scripturis consignata sunt, ob Dei tamen dicentis authoritatem non credant, quid credent, nisi tantum quod tensus illis persuadet, atque humana ratio?

6. Miror porro, quid tantoperè stomachentur, dum appellantur à nobis Caluini. Quo enim, ut ab alijs fœtarijs internoscantur, vocabulo, eos compellabimus? *An generali illo Euangelicorum?* *An Reformatorum orthodoxorum?* At haec omnes sihi vendicant hæretici, non minus ab illis, atque à nobis alieni. *An speciali Lutheranorum?* at hoc, ut crassissimorum hominum vocabulum detestantur. *An Schyrenfeldianorum?* nec istos ferunt. *An Libertinorum?* abnuunt: Quælo igitur, quodnam est illud vestrum, præter Caluinianorum, nomen, quo prolati, statim sectæ vestreæ consortes ab alijs mente cogitationeque distinguantur? *Christiani,* inquiunt, sumus. At Christiani auditâ voce, quis de solo Caluinista, ut qui speciatim hoc nomine significet, cogitat, nisi Caluini toxico demensus?

7. Ad secundum. Nullum hic esse mendacium sic demonstro. *Qui vos quoniam Marpurgensibus suadet hos vel illos libros esse Canonicos, vel apocryphos: is etiam vobis eorum sensum & interpretationem, ceteraque ad fidei vestrae doctrinam spectantem librorum scripturam: persuadet:*

*At is Cacodæmon est. probo. Non potest S. Spiritus vni persuadere librum quem pretati piam esse Canonicum, & alteri suggerere, eundem esse apocryphum, sed is spiritus, nec necessario, Cacodæmon est:*

*At Maccabæorum libros, Sapientia, Ecclesiastici, Tobie, Iudith, Epistolam ad Hebreos, Apocalypsin D. Ioannis, Epistolam Iacobi, Iude, iam ante mille & trecentos annos in Concilio Carthaginensi Tertio, cui D. Augustinus interfuit, Canonicos esse adivinos, Ecclesiæ sanctus Spiritus persuasit:*

*Ergo Vobis Reformati, eosdem esse apocryphos, insuffravit Cacodæmon: Ergo & cetera vobis inspiravit. Quid in hac argumentatione desideratis?*

8. Non fuit, dicetis, sanctus Spiritus, qui Concilij Patribus libros illos persuasit esse Canonicos. Ita quidem Lutheranos, si prophetæ sui doctrinam sartam testam velint, respondere necesse est: *An idem respondetis Caluiniani? Epistolam igitur ad Hebreos, D. Ioannis Apocalypsin, Epistolam Iacobi, & Iude, cacodæmonis susurro authoritatem in Eccles.*

Ecclesia obtinuisse dicetis? Saniora mihi de vobis pollicor. Quid respondebitis igitur? An fortassis decretum illud inter se D e v m d a m o n e m q u e p a r t i t o s e s s e , v t e r v e t e r i s , v t e r noui Testamenti libris istis autho- ritatem deinceps in Ecclesia conciliaret? ridiculum hoc quidem, sed magis blasphemum.

Ex his igitur, Num Spiritus sancti in vobis suasio, an cacodæmonis fu- surrus potius vigeat, iudicent sapientiores.

*Quas ad-  
mittant  
Tradicio-  
nes?*

9. *Ad tertium.* Non equidem Magito crederem, nisi tam probè vos iamdudum noslēm. Quid aliud percrepat quām Scripturas, scripturas: Verbum Dei, verbum Dei; legem & testimonium? Ad quam obsecro tradicio- nem Apostolicam prouocatis? Ad illamne de Canonicis libris? Cur igitur tam multas & insignes scripturas ex Apostolica traditione receptas à Christianis hactenus, Vos oblitteratis? An fortassis ad illam, quae de ea- runderem Scripturarum est sensu? At hanc exsibilatis, vbi cunuoqe in nouas vestras & inaudititas interpretationes incurrit. Quanti facitis Quadrage- simam ex Apostolica traditione retentam hactenus in Ecclesia? Quanti canis fustuarium. Quid de exorcismo sacro, Baptismati, ex Apostolica tra- ditione adhiberi solito, in Ecclesia statuitis? Non solum is superstiosus vobis est, verum etiam magica quedam incantatio. Denique ynam ad quam prouocetis Apostolicam traditionem edicite.

Contra verò, Missæ sacrificium abominationem esse, vnde accepistis? Ex Lutheri traditione, cui hoc dæmon, quod ipse met fatetur, inspiravit. Deinde in cœnæ verbis: *Hoc est corpus meum:* (Est) illud, accipendum pro significat, vnde vobis? ex Zwingli traditione. Quis eum hoc docuit? Spi- ritus, qualis is fuerit ater an albus, ipse met dubitauit Apostata. Porro, non est in Ecclesia Christi legitimus verbi Dei minister, qui missus à Deo non sit, quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Rom. 10. Caluini legitima- m vocacionem vnde nostis? ex ipsomet Caluino. Quis eam illi testi- ficatus est? Sanctus Spiritus. Qui probatis? Ipse dixit. Ergo baculus est angulo; & turpiter est mentitus Magirus. pergamus.

*Quis spiritus  
tus obvi-  
at in No-  
matoribus?*

10. *Ad quartum respondeo.* Priuatum istum spiritum exprobrari vobis à Catholicis ægerimè fertis. Ad eum tamen, vt fidei vestre trutinam, omnia à vobis expendi, verissimè dicitur. Lutherus Ecclesiasten Salo- monis exauctorauit. Der Prediger Salomonis / spricht Er / Ecclesia- stes genandt / hat weder Stießel noch Sporen: Er reit nur auff Göcken/ gleich wieich / da ich noch im Kloster war. (Tischreden Tit. 59.) Quo spiritu? publico Ecclesie: an suo priuato? Sustulit præter- ea ex

ea ex noui Testamenti Canone Ioannis Apocalypsin, Epistolam ad He- braeos, Iacobi, & Iudæ. publicone an priuato suo spiritu?

ii. Hunc vos Caluiniani secuti, expunxistis ex Canone veteris Te- stamenti, Sapientiam, Ecclesiasticum, similes, quorum supra facta iam mentio. Quem spiritum consuluitis? publicum Ecclesie, nequaquam. Cor- pus & sanguinem Christi ex Eucharistia sublegistis: quo spiritu? publico- ne Ecclesie an priuato vestro? D e v m scelerum omnium authorem, o- mniq; carnifice crudeliorem constituitis, vt qui non solum sub æternæ damnationis pœna præceperit hominibus impossibilia, sed absque omni etiā, quam præuiderit in eis culpā, ex merâ sua voluntate, sempiternis apud inferos cruciatibus addixerit; quo spiritu ducti? Neq; huius generis plura desunt, ob quæ non Deo soli, sed ynuerso quoq; orbi Christiano exosi- stis; & tamē adhuc querimini, dum priuati spiritus vos quispiam accusatis possit finire.

11. *Ad quintum respondeo.* Quantâ cum impudentiâ Patres omnes de- spiciant isti, ex ipsorum proprijs scriptis testatum facit Campianus, Cypriano, quintâ suâ inter decem rationes, quibus fretus certamen Anglis Caluia- nis obtulit in causa fidei. Itaq; de Cypriano hæchabets. Cyprianum, inquit, & Petro delicias & decus Africae, Gallicanus ille Criticus, (Caussus) & Magdeburgici, stu- pidum & destitutum Deo, & depravatorem penitentia vinciparunt. Quid admi- sit? Scriptis enim de virginibus, de lapsis, de unitate Ecclesie, tractationes ejusmodi, eas etiam epistolas Cornelio Romano Pontifici, vt nisi fides huic Martyri detrahatur, Pe- trus Martyr Vermilius, omnesque cum eo fœderati, peiores adulteris & sacrilegiis ha- beantur. hæc hactenus Campianus, atque verissimè; quod demonstro.

12. Nam potestne quispiam fidem tribuere Cypriano, grauiter con- stanterque in epistola ad Pomponium de virginibus adserenti, continen- tia voto obstrictos, Dei adulteros esse, si prolabantur in libidinem, & ta- men Petrum Martyrem Vermilium apostolatam monachum, non habere iuri, Lutheri, pro sacrilego, cum post continentia votum solenne, tam sese turpiter in- rius simi- quinari? Idem de Luthero, Carolostadio, Zwinglio, & similibus mulie- rosis Apostolis cum pseudomartyre isto fœderatis iudicium est. Nonne pro hæreticis, (qui peiores sunt adulteris & sacrilegis) habet Cyprianus De unita- cap. 3. Ecclesie eos, qui unitatem Ecclesie dissecantes, ad veritatis originem non redeunt, nec caput Ec- cleſie, (summum nimurum in terris Pontificem) querunt, nec ipsius Magistri celestis doctrinam seruant? qui (Magister) vñat Cyprianus, quamvis Apostolis suis, post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat & dicat; sicut misit me pater, & ego mitto vos; Accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata, remittentur illi; si cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt unitatem magnificaret, vnam Cathedram primatus constituit. & unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua autoritate dispositum. Petri. Hog

Hoc erant utique, ait Cyprianus præterea, & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, prius consilio prædicti & honoris & potestatis: sed exordium ab ruitate proficiscitur. Primatus Petro datur, vt una Christi Ecclesia & Cathedra una monstretur, & pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi confessione pascatur? Habeatur hinc fides Christi Martyri Cypriano, nonne tum fides omnis detrahatur pseudomartyri Vermilio; & omnibus cum illo foederatis?

*Vnde ha-  
refessantur?* 14. Præterea, potestne fidem pariter adhibere Petro Vermilio, qui Cypriano Martyri assentitur in Epistola 55. ad Cornelium Romanum Pontificem: Neque enim aliunde, inquit, hereses oborta sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperetur, nec unus in Ecclesia, ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudee vice Christi cogitatur. Cui, si secundum Magisteria diuina, obtemparet fraternitas viuenda, nemo aduersum Sacerdotum collegium, quenquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Notare No Coepiscoporum consensum, Iudicem se, iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo dis-  
*Quis In-  
dex in ter-  
ris vice  
Christi?* satis videtur, Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens, seorsim foris heresim nouum conderet, nisi ita esset aliquis sacrilega temeritatis ac perdi-  
*Notare No  
cessores.* ta mentis, vt puret sine Dei iudicio fieri Sacerdotem, cum Dominus in Euangelio suo dicat: Nonne duo passeres esse veneant, & neuter eorum cadit in terram sine Patri voluntate? Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente aut non permittente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & Sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari: hoc est, fidem non habere, quæ viuimus, hoc est, Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari oñnia scimus & credimus.

Atque ex his vel puerò perspicuum est, nihil omnino mentitum fuisse Campianum, sed dixisse verissime. Nisi fides Martyri Cypriano detrahatur, Petrum Martylem Vermilium, omnesque cum eo foederatos, peiores adulteris & sacrilegios habendos.

*Infelicitas ex-  
istus Apo-  
stolorum  
& hoīum  
Ecclesie.* 15. Ad Sextum respondeo, infelicem eorum qui oppugnarunt Ecclesiam, exitum, recte capite illo 17. Bellarminus probat, Pharaonis, Antiochi, Herodium, Simonis Magi, Manichaei, Montani, Arii, Iuliani Apostolorum, Valentis Imperatoris Ariani, Zwinglii, Corolo Stadii, Caluini & similium pestium exemplis; quæ negare inasiciando non potuerunt, ipsimet Marpurgenses. Quæ de Lutherò narrat idem Bellarminus ex Apostolæ vita, à Cochlaeo descripta, petuit, quæ si falsa, cur non refutant? In toto vero quod citant capite 11. ne verbum quidem reperio, de fœtido Lutheri cadauere.

Haec de crassis, quæ Catholicis affinxerunt Marpurgenses mendacij haec

hactenus. Sequuntur nunc crassiora, quorum in secundo ordine quinq; recensuerunt: sed facile est, ea quoque refellere.

*Ad crassiora Marpurgensium mendacia singula, responsio.*

16. Ad primum respondeo. verissime id non solum assertum à Campiano *An ex dei-  
finitione Nouatorem in scripturae invenientur.* fuisse, sed etiam luculenter demonstratum, paucula hæc ex ipso de prompta patefacient. sic enim loquitur: Cum multa sunt, qua aduersariorum diffiden-  
tiam in causa loquuntur: tum nihil aquæ atq; Sanctorum maiestas Bibliorum fædi-  
sime violata. Etenim, qui posteaquæ reliquorum testium voces & suffragia contempse-  
runt, ed sunt redacti nihil ficiunt ut stare nequunt, nisi diuinis ipsis codicibus vim &  
manus intulerint: y profectò se declarant extremâ fortunâ configere, & rebus iam de-  
speratis ac perditis experiri dirissima velle atque ultima. Manichei quid cause fuit,  
vt Euangelium Matthei & acta resigerent Apostolica? Desperatio. His enim volu-  
minibus discrucibantur, & qui Christum negauerant prognatum de Virgine, &  
qui spiritum Christianis tum primò cœlitus illapsum finixerant, cum ipsorum para-  
clerus Persa nequissimus erupserit. Quid Ebionitis, vt omnes Pauli repudiarent  
Epistolas? Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquata cir-  
cumcisio est, quam isti renouauerant. Quid Lutherò, vt Epistolam Iacobi conten-  
tiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitosus apostata nominaret, & indi-  
gnam spiritu censeret Apostolico? Desperatio. Hoc enim scripto confossus miser atque di-  
ruptus est, cum in sola fide iustitiam constitueret. Quid Lutheri catulus, vt Tobiam,  
Ecclesiasticum, Macchabeos, & horum odio complures alios, eadē caluminia com-  
prehensos, è sincero Canone repente dispungentes? Desperatio. His enim Oraculis  
disertissime coarguuntur, quoties de Angelorum patrocinio, quoties de arbitrij liber-  
tate, quoties de fidelibus vita defunctis, quoties de Sanctorum hominum intercessione  
disputant. verissime igitur dictum à Campiano fuit, nihil aquæ atq; San-  
ctorum maiestatem Bibliorum fædiissime violatam aduersariorum diffi-  
denciam in causa loqui.

17. Ad secundum respondeo. Campianum haud nudâ contentum asser-  
tione probasse etiam quod dixerat. Hæc ipsius verba sunt. Itane verò! *An pro h. bitu sacrae scripturas obliterent?* Tantum peruersitatis, tantum audacie? Cum Ecclesiæ, Concilia, Cathedras, Patres, sancti-  
Martyres, Imperia, Populos, Leges, Academias, Historias, omnia vetustatis & sancti-  
tatis vestigia conculcassem, scripto Dei verbo tantum controversias velle dirimere pro-  
claimasset, illud ipsum verbum, quod solum restiterat, exfectis è toto corpore tam  
multis, tam bonis, tam speciosis partibus, delumbasse? Septem enim ipsos de vete-  
ri Testamento codices, vt minuta dissimilem, Caluiniani præciderunt: Luthe-  
ri Testamento codices, vt huius inuidiâ quinque alias, de quibus aliquando  
fuerat,

fuerat & alicubi controuersum. His quoque librum Hesperi, & tria penè capita Daniellis, annumerant nouissimi Genevenses, qua quidem Anabaptista istorum condiscituli, iampridem dannauerant utque deriserant. An hoc non est, quod dixerat Campianus, arreptâ virgulâ censoria, velut arbitros sedere honorarios. Nouatores istos, diuinâsque tabulas, si quæ ad stomachum non faciant obliterare?

*An cogunt noua Biblia condidero.*

18. Ad tertium respondeo. verissimè id dictum fuisse. Quid enim vos coegerit Macchabæorum libros, Tobiam, Ecclesiasticum ex Biblijs eradere? Nunquid quia Angelorum patrocinium, quod negatis; arbitrij libertatem, quam eripuitis hominibus; fidelium pro defunctis preces, quas detridetis; Sanctorū pro nobis intercessiones, quas contemnitis; ita afferunt isti libri, vt nulla tergiuersatione possitis elabi? Tobiae caput duodecimum; Ecclesiastici cap. 15. t. Macchabæorum caput 12. & 15, recognoscere. Cogit ergo vos nouæ fidei professio, nouam quoq; adornata editionem Bibliorum, in quib; recensita volumina exauctorentur. Rectissimè de vobis Tertullianus (cap. 38. de præscript.) Quibus fuit propositum aliter docendi, eos necessitas coegerit aliter disponendi instrumenta doctrina. alias enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent, per quæ docerent heresin.

*An cogunt Ecclesiam venditare in latebris?*

19. Ad quartum respondeo: dictum id fuisse verissimè à Campiano & demonstratum firmiter, sic enī in tertiat suā ratione loquitur. Hac est nostra sermocinatio. Dic mihi, subscriptis Ecclesiæ, qua seculis anteactis viguit? Omnid. Obeamus ergo terras & tempora: Cui: cœtui fidelium, quorum nomina nesciuntur, sed constat plurimos extitisse. Constat? quibus constat? D e o. quis dicit? Nos, qui diuinis edoci sumus fabula. qui credam? si arderes fide, tam scires hoc, quam vivere.

Specatum admissi risum tenetatis!

Iuberi Christianos omnes adiungere se Ecclesia; cauere ne spirituali gladio trucidentur; in domo Dei pacem colere; huic animas credere columini veritatis; istuc querelas omnes deponere; hinc electos habere pro ethnicis; nescire tamen tot centenis, tot homines, ubi nam illa sit, quie hic pertineant? unum illud crepare in tenebris, ubi ubi sit Ecclesia, tantummodo Santos, & in ethera destinatos ea contineri? Quid vero ad hanc ratione nationem unquam respondebunt Caluiniani? Conatus est eam Wittackerus dissoluere: at, fecit id tam frigidè, vt meritò illius pugeat, pudearque commilitones. Nihil igitur meritus est Campianus, sed afferuit verissimè: Eos qui seculis omnino quindecim, non oppidum, non villam, non domum reperirent imbutam suā doctrinā, &c. cogi Ecclesiam si quam volent, in latebris venditare; & eos parentes afferere, quos nec ipsi nouerunt, nec mortalium quisque adspicerit.

Ad quin-

*An Caluinus fecerit omnia peccata parva.*

20. Ad quintum respondeo: Prorsus in Caluini scriptis & doctrinā peregrinari Theologos istos. Sintne peccata inæqualia, hoc modo nimirum, vt quædam sint leuiora, quæ & venialia dicuntur: quædam graviora, quæ sint mortalia (quæ quam inter utraq; quædam esse maiora, quædam minora nemo dubiter) disputant Catholici cum Lutherio, Caluino & asseclis. Omnia ex naturâ suâ mortalia esse cōtendunt hi, æqualia sint igitur necesse est, eo sensu, de quo disputant Catholici; & tamen, quod hoc affirmavit Campianus, ingentis mēdacijs redarguitur. Agnoscant igitur ex ipsis Caluini verbis, & Campiano adhibitam calumniam, & in Caluino lectorando socrdiā simul & oscitantiam. Ipsi autem (Romanenses) quod peccatum esse fatentur (subreptitum, & in delibera tum concupiscentiæ motum) quia negare nequeunt, inquit, mortale tamen non esse contendunt. Sed enim, quia plus habentus in infânia indulserunt, discant saltē, aliquando resipiscere. Quod si delirare perseverant, illis valere iūsis, habeant filij Dei, omne peccatum mortale esse, quia est aduersus Dei voluntatem, rebellio, quæ eius iram necessarij prouocat, quia est legis prævaricatio, in quam editum est, sine exceptione Dei iudicium: Sanctorum delicta venialia esse, non ex suâ natura, sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur. (lib. 2. inst. cap. 8. sect. 59.) Et alibi. Hic in asylum configunt inepta distinctionis, peccata quædam venialia esse, quædam mortalia. (lib. 3. instit. c. 4. §. 28.) Nunquid h̄c omnia peccata mortalia, nullumque ex suâ naturâ veniale fatetur ingenuè Caluinus? Quid igitur in illum peccauit, quando hoc afferuit Campianus? Hæc crassiora fuerunt, à Marpurgensis in Catholicos conficta mendacia; sequitur nunc crassissimorum ordo, quem diligenter contemplabitur quoque.

### Ad crassissima Marpurgensium mendacia singula, responsio.

21. Quæ hoc ordine continentur, crassissima inscribuntur Iesuitarum mendacia, cum crassissima ac multiplex Marpurgensium ignorantia & inscitia multò significantius inscriberentur. Prorsus enim patefaciunt Lectoribus, eos in Magistrorum suorum scriptis & commentariis ita veratos, ac Iaponi quispiam in sylva Bohemica.

22. Ad primum igitur respondeo. Proprium Dei opus fuisse, vt vocationem Pauli, sic adulterium Davidis Iudeiq; proditoris impietatem; Philippum docuisse, priota ipsius in epist. ad Rom. c. 8. testantur cōm. Zwingli hæc author ipsissimaverba sunt: Numen ipsum AVTHOR est eius, quod nobis est iniustitia. (de peccatis Prouidentia cap. 5.)

23. Similia prorsus Caluinus effudit, quando contendit: Nec diabolum quidem

*An Den Caluino sit author ipsius in verba suis: Numen ipsum AVTHOR est eius, quod nobis est iniustitia.*

**Dicitur.** quidem (nendum homines improbos) villum maleficium concipere posse, nec conceptum moliri, nisi in quantum illi Deus, MANDAT. (lib. i. instit. cap. 17. §. 11.) At, quod Deus mandat, nonne iubet? Sed clariss ibidem cap. 18. §. 1. Absurdum. Inquit, videtur (Romanensibus) VOLENTE ac IVBENTE Deo excacari hominem, qui mox cætitatis sua pœnas datus est, tergiuersando itaque effugient, Deo & iubére & excacare hominem. TANTVM permisit, non etiam VOLUNTATE hoc fieri, ipse vero palam se FACERE pronuncians, effugium illud repudiat. & §. 2. Nihil, inquit, clariss potest desiderari, quam vbi toties pronunciatur Ex coccare hominum mentes, ac vertigine percutere. Spiritu sopori inebriare, incutere amentiam, obdurare corda. Hec etiam ad permissionem multi reiiciunt, ac si deferendo reprobos a satana excacari sine ret. Sed cum disertè exprimat spiritus, iusto Dei iudicio, infligi cætitatem & amentiam (a Deo) nimis frigida est solatio, & ibidem circa finem sectionis. Summa hac sit. amentiam.

Cum Dei voluntas dicitur omnium rerum esse causa, prouidentiam eius statui moderatricem in CUNCTIS hominum consilis & operibus, ut non tantum vim suam exerat in electis, sed etiam reprobos in obsequium cogat. & §. 3. Et iam, inquit, satis ostendit aperte, D E V M vocari AVTHOREM, omnium eorum, quae isti Censores volunt otioso tantum eius permisit contingere. Quinam isti Censores? Catholici Doctores. Hi, quæ Dei tantum permisit fieri volunt? Num actionem ipsam! minimè, sed turpitudinem tantum actionis & malitiam, quæ peccati ratio est. At, se ostendisse gloriatur Caluinus, D E V M omnium eorum esse AVTHOREM, quæ isti tantum DEI permisit censem contingere: existimat igitur se ostendisse quoque ipsius turpitudinis & malitiae quæ peccati rationem ultimam & formalem continet, D E V M esse authorem.

**Tergiversatio Parei.** 24. Atque ex his num mentitus quippam Campianus sit, vel Beccanus, Lectoris esto iudicium, vt illud etiam, num ad mentem Caluinii sit Davidis Parei tergiuersatio. Is enim in nupero inter nos colloquio, non aliter Caluinum constituisse peccari causam & authorem D E V M excipiebat, nisi quia ad actus entitatem & substantiam concurreret quidem per prouidentiam, ipsam autem peccati malitiam solum permitteret. Quæ enim ex Caluino h̄c commemorata sunt, defensionem hanc penitus repudiant.

**An Christus puerulus, si ignorans, ranta laborans, si borans, ea ruerit labore peccanti?** 25. Ad secundum respondeo. CHRISTVM puerulum IGNORANTIA laborasse contendere, perinde esse, atque si affit maretur originalis peccati labe illum fuisse sordidatum, verissimè dicitur. Itaque nullum se h̄c prodit Campiani mendacium, sed incredibilis quædam rerum Theologicarum in Marpurgensibus inscitia. Defectus omnes tam intelligentia quam voluntatis, quibus cum nascuntur mortales, originalis peccati pœnam esse fatentur antiquissimi præstantissimi Theologi. Ex omnibus

ribus unius sententiam h̄c retulisse satis est, nimirum Augustini, qui libro tertio de libero arbitrio, toto capite 18. 19. & 20. multis demonstrat & ignorantiam intellectus, & malam cupiditatem voluntatis, non esse naturam instituti hominis, sed pœnam damnati. Undevero damnationis illa ignorantia & cupiditatis pœna, nisi ex originis labore & vitio, quandoquidem ex instituti hominis natura, ortum non ducit? Plura hac de re qui desiderat, eundem Augustinum libro decimoquarto capite decimo & vndeclimo de ciuitate Dei legat, & Enchiridij caput vigesimumquartum & vigesimumquintum.

26. At D. Lucæ testimonium obtendunt secundo capite, vbi Christus sapientiæ, etate & gratiæ profecisse dicitur apud D E V M & homines. Quasi per hoc aliud significare voluerit Spiritus Sanctus, quam maiora semper atque maiora sapientiæ & gratiæ opera, tam Dei quam hominum iudicio, pro maiori atque maiori ætatis gradu illius demonstrasse? Proficiebat, inquit Gregorius Nazianzenus orat. in Basiliū, sapientiæ, non ut incrementum aliquod acciperet, cum ab initio Dominus gratiæ, sapientiæque absolutus esset, sed quod hominibus ignaris PAVLATIM appareret. Et Cyrillus libr. I. in Ioannem, cap. 17. Quia magis eum indies homines admirabantur, inquit, illorum potius de IESV opinio, quam ipsius perfecta crescebat sapientia. Siue latens in utero, siue vagiens in praesepio, inquit D. Bernardus, siue iam grandiusculus in templo, siue iam perfectæ etatis docens in populo, aquæ profecto plenus fuit Spiritu Sancto, nec fuit hora in quacunque etate sua, qua de plenitudine illa, quam in conceptione sui accepit in utero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiiceretur. (hom. 2. super Missus est.) Nihil ergo mirum, eos in Sanctos haec tenus fuisse tam contumeliosos, qui in Dominum quoque ac Regem Sanctorum, tam extiterunt blasphemæ.

27. Ad tertium respondeo; mirati me, quamobrem hæc dicta tantopere iustificans displiceant Marpurgensibus, cum fidelissime illorum recenseat sententia infusum Campianus. Nam de iustificante gratia ipsi sermo est, quam illi cordibus quid nobis nostris infusam nunquam affirmabunt, nisi terga vertant Caluinio, qui in simpliciter interpretatione acceptiōem, quā nos Deus in gratiam receptos pro iustis habet. (libr. 3 Institut. cap. 3. §. 2.) & ibidem §. 3. Iustificare nihil aliud esse, contendit; quam eum qui reus agelatur tanquam approbatum innocentiam & reatu absoluere. Cum itaque CHRISTI intercessione nos iustificet D E S, non propria innocentia approbatione, sed iustitiae imputatione nos absolvit, vt pro iuris in Christo censeamus, qui in nobis non sumus, ait ibidem.

28. Similia Witackerus adserit in respōsione ad h̄c ipsa Capiani verba. Notas

*Nostra*(inquit) iustitia est Christus ipse, cuius iustitia atq; innocentia nobis ad scriptum peccatorum remissionem, certam veramq; iustitiam adferit. Non igitur iustificant gratia aliquid cordibus nostris infusum est, quod ad resistendum sceleribus validum sit. Imo infusam nobis gratiam ad resistendum sceleribus validam non esse, manifeste profitetur, quem iam citauit Witackerus.

29. Cum igitur iustitia ex Caluini sententia, in solo isto externo Dei erga nos fauore consistat, quo Deus iustitiae Christi imputatione nos absolvit, vt pro iustis in Christo censemur, qui tamen in nobis non sumus, sed vt dicit Caluinus, (lib. 2. inst. c. 1. §. 9.) *toti quasi diluvio à capite usque ad pedes sic obruti, vt nulla pars à peccato sit immunis, ac proinde quicquid à nobis procedit, in peccatum imputatur;* quare non optimè dixit Campianus, iustitiam seu externum illum fauorem, nos interius nec emendare, nec purgare, nec illuminare, nec ditare, sed veterem illam peccatorum sentinam adhuc factem relinquere, solumq; Deum connuere ac dissimulare, ne deformis ac odiosa putetur?

*An Campaniano  
lylico impo-  
tito fuerit?*

30. Ad quartum respondeo, nullum esse posse, vel mediocriter in haereticorum huius temporis portentosis opinionibus versatum, qui hanc Marburgensium non miretur insignem inscitiam, fateaturq; cōfessim, immagine paradoxon illud Illyrico verissimē tributum à Campiano. Imò is è progressus est impudentia, vt originale peccatum intimam substantiam animarum diceret, quippe quas post Adami lapsum diabolus ipse processet & in se transformaret. Certè nullam híc à Campiano factam Illyrico injuriam concedit Witackerus in suâ ad octauam Campiani ratione responsione. Progressus, inquit, ille longius est, quam oportuit, vellem verò sua quādam emendasset: nē ille vir summus extitisset. Et post quatuor circiter paginas responsi. Fatoe, inquit, illam Illyrici defensionem, semper visam esse per absurdam. Nam & veterem redolent Manichaorum insipientiā & animas in homine renato dum constituit: & quod grauius est, ipsam animam perimit. Et quamvis Caluini sententiam ab hac Illyrici longè diuersam esse contendat, quamdiu tamen invenienti in nobis fidei, spei, charitati, & gratiae non tribuit purgare peccata, efficere sanctum, conciliare Deo, ordinare nos per pias actiones ad aeternam beatitudinem; tamdiu certe negare non potest, etiam in renatis, nihil aliud adhuc intrinsecus esse, nisi meram corruptionem, sordes & friditatem.

*An ali-  
quot re-  
tinet  
sacramen-  
ta aduer-  
tarunt?*

31. Ad quartum respondeo. Tantum abesse, Sacmentum vos nullum retinuisse, vt sacramenti etiam nomine, Patriarchæ vestri Carlstadius & Zwinglii sublatum exoptatint. Vocem istam, Sacmentum, magnopere cuperem, Germanis nunquam fuisse receptam (lib. de vera & falsa religione cap. de Sacramen-

ta) Non placet vox ista (inquit Carolstadius de imaginibus & Sacramentis.) At de voce non multum rixabor vobiscum: Dicite quid rei sit sacramentum? Nunquid externum ac visibile signum, conferendæq; nobis diuinæ gratiæ instrumentalis causa? ita enim ipsem Caluinus loquitur de Sacramentis (in Antidoto sess. 7. Can. 5.) & perspicuum id ex scripturis est quoq; dum Baptismati regenerationem tribuuat, & peccatorum remissionem (Ioann. 3. Tit. 3. Ephes. 5. Act. 2. & 22.) Ordinationi, gratiam & Spiritum S. (Act. 8. 2. ad Timot. 1.) Eucharistie, vitam aeternam (Ioann. 6.) Quot verò iam eiusmodi signa reliquistis? Num unum? Num duo? Nullū, prorsus nullum. Eucharistia vestra merus panis est. Baptismus etsi adhuc verus sit, vestro tamen iudicio non est canalis gratiæ, nec deriuat in nos Christi merita, sed significatio tantum salutis est. Baptismus, inquit Lutherus, neminem iustificat, nec vlli prodest, sed fides in verbum promissionis: de captiuo, Babyl. cap. de Baptismo.) Hoc tantum diuinitus sacramentis iniunctum est munus, testificari nobis ac sanctificare Dei in nos bencvolentiam: (Caluinus lib. 4. Inst. ca. 14 §. 17.) & ibidein. Fixum, inquit, maneat, non esse alias sacramentorum quam Verbi Dei partes: quae sunt offerre nobis ac proponere Christum, & in eo celestis gratia thesauros. Itaque nihil pluris Baptismum Christi, quam Ioannis fecit ceremoniam Caluinus, (lib. 4. Inst. cap. 15. §. 7. & 8.) Certissimum, inquit, idem fuisse prorsus Ioannis ministerium, quod Apostolis postea delegatum est. & secundum 7. Baptismus quem Christo adhuc in terris agente Apostoli administrabant, largiorem Spiritus opulentiam non habebat, quam Baptismus Ioannis. Quare, inquit Caluinus, neminem perturber, quod alterum ab altero discernere veteres cotendant, &c. Nec recipienda est illa Augustini argutia, in spe dimissa fuisse peccata, Baptismo Joannis, Christi Baptismo re ipsa dimitti, &c. Hoc sine Sacmenta retinere, illorumque dignitatem sartam te quam defendere, vel abiicere potius & contemnere, si iudicent, qui Scripturas, qui Concilia, qui Patres, qui totius antiquitatis vsum, acta Ecclesiasticosq; ritus iustiori trutinâ expenderint. Atq; haec de toto disputatione hac nunc, & Marburgensium pseudologii satis sint. Quod restat, hoc oro, vt Christus Dominus, qui lux est & aeterna veritas, pro sua immensa bonitate, omnium aduersariorum nostrorum mentes ita collustret, vt in quibus mendaciorum crassissimi tenebris, haec tenus veritati fint, tandem aduertant.

Amen.

# DE SANCTORVM ADORATIONE ET INVOCATIONE

## DISSERTATIO.

Moguntiae 1605. 12. Martij proposita.

R. P. IOANNE MÜLHUSINO PRÆSIDII.



Dorationis nomine eum actum intelligo, quo quis alteri se subiicit, & ob agnitam in illo excellentiam, debitum tribuit honorem. Voluntatis hoc proprium esse munus arbitror: sic tamen, ut eos actus, qui ab intellectu aliisque exterioribus potentis manant, ab huius vocis communione minimè secludam. Sensit verò mecum Damascenus, dum adorationem *submissionis & humilationis* notam: seu, *animi colentis, submissi atque humili significationem* descriptis (orat. 1. & 3. de imaginibus.)

Ea, in diuersas pro diauersa consideratione partes abit. Missis cæteris, vnicam illam, quā in *Latriam, Duliam, & Hyperduliam* secatur, in proposito diuisionem complector. Displicet hæc magnoperè Caluino, Bezæ, ceterisque Sectariis, veteris verò Ecclesiæ & religionis Sectatoribus non item. Latriam nunc intactam prætero, de iis duntaxat disputaturus, quibus Dulia vel Hyperdulia cultus defertur.

Itaque *Duliam*, cultum definio, quem sanctis ob eam, quam in illis agnoscimus gratia gloriæ excellentiam tribuimus. *Hyperduliam* iis concedo, quos gratia gloriæ sui beneficiis illustrioribus, exornare voluit diuina bonitas.

Verū, ut ad eam quæ Orthodoxis in hac materia cum Nouatoribus est, controversiam propius accedam, questio illa in primis discutienda venit, quā tanquam fundamento, tota hæc disputatio subnititur: *Nun videlicet iustorum anima, in quibus nihil peccatorum superest expiadum, usque ad seculi consummationem, in abditis quibusdam receptaculis afferuentur, vera beatitudinis expertes, an verò statim à corporis separatione, cœlesti beatitudine perfruantur?*

Illud olim ex Tertulliano depromptum, Vigilantio placuit: nec ita prius Luthero. hic suæ vanitatis æmulum, statim nactus est Caluinum, qui mentes beatas, nescio quæ in atrio, fide adhuc nobiscum iunctas, & (quod hinc consequens est) beatifica visione destitutas, residere commemorat.

Cum

## DE SANCTORVM ADORATIONE.

xxv

Cumq; temeritatis & stultitiae Catholicos, an iustorum animæ gloria fruantur necne? inquirentes accusat: mirum quām suam ipse stultitiam & temeritatem prodat.

Nam Si temerarium est & stultum: An beatigloriâ fruantur necne? vel inquirere: quanto stultius & temerarium magis, eas nondum gloriâ perfrui, sed eandem promissam adhuc expectare, tam audacter definire? At hoc facit Caluinus. Impostoris verba sunt hæc inter cætera (lib. 3. Inst. cap. 25. §. 6.) *Stultum & temerarium est inquirere, quo in loco sint anima iustorum, & an gloria fruantur necne? interea cum scriptura ubique iubet pendere ab expectatione aduentus Christi, & gloria coronam eousque diffirat, contenti sumus his finibus diuinatus nobis prescriptis: animas piorum, militia labore perfuntas, in beatam quietem concedere, ubi cum felici latitia fruitionem promissa gloria expectant: atque ita omnia teneri suspensa donec Christus appareat Redemptor.*

Sed has animas iam nunc ad beatitudinem admisas, ex scripturis sacris, si æquè illas intellexissent atque iactarunt, absque negotio percipere, noui Doctores illi potuissent. Scientes, inquit vas electionis (2. Corinth. 5.) quia dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & presentes esse ad Dominum, & (ad Philip. 1.) *Cupio dissolui, & esse cum Christo*, quo etiam illa Salvatoris vox pertinet ad laetitiam (Luc. 23.) *hodie mecum eris in paradiſo*. & illud D. Stephani (Act. 7.) *Domine Iesu, suscipe spiritum meum*. Omitto hic veteris Ecclesiæ à mille & quingentis annis, quem ex SS. Patrum tam Græcorum, quam Latinorum commentariis Catholicî annotarunt consensum, Conciliorum decreta, Summorum Pontificum sanções, & alia nonnulla, quæ fastuosi homines isti, magno supercilio despicer consueuerunt.

Sed esto: regnat utique Sancti vitæ functi cum Deo. vnde nam quinam illi sit, constabit? In promptu responsum est Catholicis, per Canonizatiōnem, quæ nihil aliud est, quam verum & publicum Ecclesiæ testimonium de sanctitate & gloria alicuius vitæ functi, simulque iudicium, quo eidem honores illi decernuntur, qui cum Christo regnauitibus debentur.

Sanctos porro Canonizare, quod in Ecclesia perutile, suoq; modo necessarium, Summi Pontificis est, quem hac in re decipi nulla ratione posse, nihil dubito; quicquid oblatrent calumniantur cœtatujs, qui in hac causa non plus tribuendum censem Episcopi Romani, quam Presbyteri Joannis Æthiopij Regis, vel Sultani Turcorumque Principis iudicio, ubi simile quippiam decreuerit (Wicleff apud Walden. tom. 3. de Sacramental. cap. 122. & alij.)

Quemadmodum verò Sanctorum Canonizatio hereticis est exosa; sic multo

V.

VII.

VIII.

IX.

X.

multo magis eotundem *venerationem & cultum* execrantur, dum vel pio-  
rum hominum facta in diuinis literis prodita, turpiter ignorant, vel mali-  
tiosè dissimulant. Num fortassis Abraham (Gen. 18. ver. 2.) Lot (Gen. 19.  
ver. 1.) Iosua (c. 5. ver. 13.) in terram ad adorandum Angelos poststratis, ido-  
lolatriæ crimen intentabunt? An Abdiam, qui (3. Reg. cap. 18. ver. 7.) ado-  
rauit Eliam, & filios Prophetarum (4. Reg. cap. 2. ver. 15.) qui Eliseum,  
quod Elias spiritus in ipso requieuerit, venerati sunt, ex fideliū albo dis-  
pungent? Ciuiēlē cultum, dicent, exhibuerunt illi. Ridiculē, quasi non al-  
tioris ordinis cultum & honorem, cœlestibus illis Spiritibus, diuinæ Maie-  
statis internunciis, Abraham, Lot, Iosue, similes, exhibuterint: quam suo  
Symmictæ, vel Superattendanti, virbanus scilicet Caluinianus quispiam  
Præco, vel Minister.

XI. Sed si in Philosophorum Theologorumque scholis sedulò versati fuic-  
sent, longè nobiliorem cultum Politico tribui Sanctis, siue viuis, siue vitâ  
functis posse, facilè comprehendenderent. *Cultus* enim honoris ūe fundamē-  
tum & origo, honorandæ rei excellentia vel dignitas est. Cum verò inter  
diuinam & infinitam excellentiam (quam Latria respicit) & humanam seu  
Politicanam, quæ solis naturalibus virtutibus & donis circumscribitur, quæ  
que ciuilē duntaxat & Politicanam venerationem sibi venientiat, *tertia* qua-  
dam sit interiecta media; quæ, sicut humanam & naturalem dignitatem lon-  
gè supererat, (vpote donis coelestibus & supernaturalibus gratiæ gloriæ  
comprehensa) sit etiam à diuinâ illa infinitâque dignitate, infinitis parti-  
bus superatur: nemio sanè mentis dubitauerit, *inter Latriæ cultum* diuine so-  
li debitum excellentiæ; & *Politicum*, humanæ naturalique excellentiæ co-  
tentaneum; *tertium* quempiam medium constituendum, qui vt Latreutico  
longè sit inferior, ita vicissim merè Politicum & humanum excedat?

XII. Hunc ego Spiritibus Angelicis ab Abraham, Lot, Iosue, Elias & Eliseo  
ab Abdia & Prophetarum filiis, tributum hunc assero, Sanctisque ceteris,  
siue viuis, siue defunctis, cum tota antiquitate tribuendum censeo, ob ma-  
xima & pretiosa ipsi promissa donata, vt per ea diuina, vt S. Petrus (2. cap. 1. ver.  
4.) loquitur, *natura consortes effecti* Dij, cum à Propheta Dauid, (Psal. 81.)  
tum ab ipso Salvatore (Ioa. 10. ver. 35.) pronunciarentur: cur non igitur et-  
iam diuinioris alicuius cultus participes sint?

XIII. Haec de Sanctorum cultu breuiter haec tenus. *Quid de invocatione?* Mirum  
quam firma sit, constansque Catholicorum sententia, vpote, quam nisi  
fraudibus, & mendaciis agerent, nullo modo oppugnare se posse, probè  
perspexerunt præcipui sectatum hujus tempestatis duces. Philippi Me-  
janchthonis haec sunt inter cetera.

## M E N D A C I A.

Primum. *Veteres scriptores ante Gregorium, non fecisse mentionem inuocatio-  
nis* (Apolog. confess. August. Wirtebergæ anno 1570. in minori forma fol.  
207. pag. 2. tit. 21.) & *Sanctorum inuocationem veterum scriptorum non habere te-  
stimoniū* (fol. 212. pag. 2.) Non legerat, videlicet, Philippus, D. Athanasij  
sermonem de sanctissima Deipara, alioquin illud inuenisset. *Inclina aurem  
tuam (MARIA) in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui. & paulo post. Ad te  
clamamus, recordare nostri, sanctissima Virgo, &c. infra. Intercede hera, & domina, &  
Regina, & Mater Dei pro nobis.* Non viderat illud Ambrosij (lib. de viduis)  
*Obsecrandi sunt Martyres, &c. isti enim sunt nostri presules, Speculatoris vite, a-  
etiamque nostrorum.* Neque adiutererat illud Hieronymi in Epitaphio Pau-  
lae. *Vale, & Paula, & cultoris tui ultimam senectutem orationibus iuuia.* Fides & ope-  
ratua Christo te sociant, praesens facilius quod postulas, impetrabis. Non adferam  
hicalios Patres, tam Græcos, quam Latinos, qui Gregorij ætatem aliquot  
sæculis antecesserunt.

Secundum eius mendacium est, eodem titulo (fol. 208. pag. 1.) *Quidam,*  
inquit, *plane tribuunt diuinitatem Sanctis.* videlicet, quod tacitas cogitationes me-  
tium in nobis cernant. *Disputant de matutinâ & vespertina cognitione, fortassis, quia  
dubitauit viri in manu, an vesperi audiant.* Qui verò sunt isti *Quidam?* Manè  
an vesperi hæc Philippus confinxit mendacia? Sanctos preces nostras  
cognoscere tuemur, sed vt sunt in Deo, quem vident, & qui eas ipsis of-  
fendit, Catholicorum verò, qui Sanctis hoc tribuat, vel tribuerit, vt ani-  
mi nostri recessus perscrutentur ipsis propria, virtute, Philippus produceret  
ne mineti.

Tertium est (fol. 208. pag. 2.) eiusmodi. *Quanquam distinguant de Media-  
toribus intercessionis, & Mediatoribus redēptionis: tamen plane faciunt ex Sanctis,  
Mediatorē redēptionis.* Putidum est mendacium, Christum unicum Re-  
dēmptorem agnoscimus, quem misit Pater propitiatiōnem pro peccatis, non no-  
stris tantum, sed etiam totius mundi, (I. Ioan. 2. & 4.) Sanctos igitur solummo-  
dō, nostræ infirmitatis intercessores profitemur.

Quartum mendacium, ibidem contextur tale. *Fingunt Christum durio-  
rem esse, & Sanctos placabiliores, & magis confidunt misericordiā Sanctorum, quam  
misericordiā Christi, & fugientes Christum, quarunt Sanctos.* Hic ego conscienc-  
tias duntaxat Catholicorum appello, nec alia refutatione mendacium  
hoc dignum existimo.

XIV. Atque, vt insigniter haec tenus mentitus sit Philippus, palmam tamen  
ubi præcipi non est passus Caluinus. *Nimis stuporis, inquit* (lib. 3. instit. c. 10.)

§.21.) fuit, ne dicam infania, nobis per illos (Sanctos) accessum sic velle moliri, vt ab illo abduceremur, sine quo nec eis aditus ullus patet. id autem aliquot seculis factitatum quis nescit, hodieque, vbi cunque Papistus viget factitari? At nimis stuporis est, ne dicam stultitiae, non tandem aduertere, quot quantaque impurissimum illud Caluinii os effutiat mendacia. quis enim Catholicorum sic aditum sibi per Sanctos ad Christum molitus est, vt tamen ab illo abduceretur? quo id saeculo? à quibus? & vbi hodie factitatum?

Pergit tamen. Quod si conscientia eorum appetetur omnium, qui Sanctorum intercessione oblectantur, reperiemus id aliunde non evenire, nisi quia anxietate laborant, perinde ac si Christus deficeret, aut nimium severus foret. Aut hinc malitiosè mendax est, vel insigniter imperitus Caluinus. Neque enim magis anxietate laborant Catholicci, ne vel Christus deficiat, vel nimium severus sit, dum Sanctorum intercessiones expetunt, quam D. Paulus anxietate laborabat, ne vel Christus deficeret, vel nimium severus esset, quando sic compellabat Romanos (cap. 15. vers. 30. ad Rom.) Obsecro ergo vos fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Sancti Spiritus, vt adiuvetis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudea, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem Sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigereret vobis.

Addit tertio. In nostris omnibus Litanij, Hymnis, & Prosis, vbi Sanctis mortuis nihil non honoris defertur, nullam esse Christi mentionem. Sed mirum est, si omnes nostras Litanias perlegerit Caluinus, omnes Hymnos, omnes Proses, quomodo nusquam scriptum inuenierit. Christe audi nos: Christe exaudi nos: quomodo oculorum ipsius perspicaciam effugerit illud. Deo Patri sit gloria. Eiusque soli filio, &c. quomodo non aduerterit in illa Prosa, quae perpetuo in Ecclesijs nostris recitatur in Missa; Qui sedes ad dexteram Patris misere nobis, quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus I e s v C H R I S T E. Sed mendacij spiritus hominem prorsus excecerat. Quare titubans etiam, & in clarâ luce palpans progreditur, ad mendacium.

Quartum (§.22.) Prostrati ad statuam aut picturam Barbaræ, aut Catharinae, & similium, demurmarant, Pater noster. Hunc furorem, tantum abest, vt Pastores scandunt, aut cohibendum current, vt questus odore alleci, plausu suo comprobent. Verum vt tam fædi criminis inuidiam à se deriuenter, hoc tamen, quo colore defendent, rogari Eligium, vel Medardum vt seruos suos respiciant, vel iuuent è cœlo? Nimirum, desperatisimis causis, nugæ duntaxat, calumniae, & mendacia, pro firmamento sunt. Nemo tam est stupidus, nisi ex Caluinii cerebro prosilierit, vt diuæ Barbaræ, vel Catharinæ statuam, aut picturam, Patrem nostrum, qui est in cœlo, appellaret; vel Pater noster, vt omnis aitæ religionis derisor loqui-

loquitur, ipsi demurmuret. Soli Deo, Pater noster recitamus. Interim quid officit, dum oras Deum, D. Barbaræ, Catharina, Laurentij, similiumque Sanctorum statuis, aut figuris commonefieri, vel, vt eas à Deo virtutes petras, quibus ipsi Diabolum, Mundum, & Carnem debellantes de perfidia trivimpharunt; vel virtus preces illorum iungas, quo facilis quod poscis, impetreras? Non est hoc nouum in Ecclesia, sed in Caluinii Synagoga, sicut nos experti sumus (inquit D. Leo serm. t. de SS. Petro, & Paulo) & nostri probauere maiores, credimus atque confidimus inter omnes labores istius vite, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium Patronorum orationibus adiungandos. Quis igitur iam iste populifuror est, tanta Pastorum cura sanan-  
dus? Quis odor questus, quo sic allicitur Antistites? deriuenter tamen à se crimen avaritiae, quomodo ad severum illud Caluinii tribunal excusabunt, rogari Eligium vel Medardum vt seruos suos respiciant & iuuent è cœlo? Nihil ante mille & trecentos annos hunc sciolum moratus est Nazianzenus sic D. Cyprianum compellans (orat. in Cyprian.) Tu Cypriane (Eli-  
gi, Medarde) ab alto nos respice, nostrumq; sermonem & vitam dirige, & sanctum ouile hoc pase, aut simul vna rege, &c. Nec D. Augustinus, cum ita D. Virgi-  
nem alloqueretur. Iuuupusillanimes, resoueflebiles, ora pro populo, &c. (sermon.  
18. de Sanctis. tom. 10.) vt verò hoc vnico Patre, Caluinum sapientiorem  
existimem, nemo persuasit haec tenuis.

Demum vt tota sibi constet, cohæreatque Caluinii oratio, vt cepta fuerat, sic mendacio pertexitur. Olim, inquit, vetitum fuit in Concilio Carthaginensi, ne ad altare directa fieret precatio ad Sanctos, ac probabile est, cum Sancti viri impecunia prava consuetudinis non possent in totum compescere, hanc saltu moderationem adhibuisse, ne hac forma vtiarentur publica orationes, Sancte Petre, ora pro nobis. Quanto autem longius evasit diabolica eorum importunitas, qui ad mortuos transferre non dubitant, quod Dei & Christi proprium erat? Granis hæc calu-  
minia est, putidissimoque mendacio intulata. Deo & Christo Latriæ cultum integrum illibatumque seruamus, nihil ex illo prouersus pro Sanctis mortuis decerpimus. Carthaginense Concilium sacrificantis orationem semper vult ad Patrem dirigi. De Sanctorum cultu nihil meminit. sic enim habet canon 23. vt nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. At cum ad altare assit, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicunque sibi preces aliquis describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit. Sed quid Doctoribus istis faciemus, de quibus Litanias verissime vaticinatus est, dicens; Percusimus fedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Possumus mendacium spem nostram, & mendacio protelli suam. (ca. 28. vers. 15.)

XV. Verum, ab istis mendaciorum architectis abibo, Orthodoxaeque Ecclesiae sententiam, de Sanctoru inuocatione proponam, vbi trius vanata quandam & futilem, in hac controuersia, Davidis Parei Heidelbergensis Theologi ratiocinationem, qua non ita pridem verbosam Exegetis disputationis suæ primæ conclusit (pag. 146.) hic descripsero. Vnâ, inquit, & aeternâ Deum, & B. Virginem, Creatorem & Creaturam honorare idolatria est, & id facientes idololatram sunt: Iesuita vnâ aeternâ laudis, Deum & B. Virginem, Creatorem & creaturam honorant:

Idololatras igitur sunt.

Miseret me Parei, vel pudet potius, qui refutaturus Iesuitas, ne hoc quidem dat operam, vt vel ipsorum sententias sine pudendo mendacio referre possit, vel certè intolerabilem suam prodit inscitiam.

XVI. Nunc igitur ad Sanctorum inuocationem progredior, de qua constans perpetuusq; omnium Catholicorum consensus est, nullo modo fas ceteri, à Sanctis hoc petere, vt nobis per se, tanquam diuinorum beneficiorum auctores, gloriam vel gratiam, aliaue media ad æternam salutem obtinendam necessaria, subministrent. Omnesquidem datum optimum, & omnium donum perfectum desursum est, descendens à Patre lumenum (Iacobi 1.) nec gratiam, gloriamque aliunde (ex Psal. 83.) speramus dandam, nisi à Domino. Hoc igitur solum Sanctos regamus, vt suis intercessionibus apud Deum nos iuuent.

XVII. Negant tamen hæretici ex scripturis, quibus vnicis suam omnia nouant dilibidiinem pratexunt, probari vlo modo posse, Beatorum hominum Spiritus rebus nostris opitulari. At ipsos Ecclesiam sustentare, ipsa veritas testatur. (Apocal. 3. vers. 12.) Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Domini. Quin, ad totius mundi gubernacula, vnâ cum Christo Sanctos resurredere, cùd dubitare possent, si scripturis crederent? Qui vicerit, inquit ipse, dabo illi sedere mecum in throno meo, sicut & ego sedi cum Patre meo, in throno eius. (Apocal. 3. vers. 21.) Num Christum cum Patre suo ita sedere in throno omnianus, vt gloriam illam, quasi rapinam arbitratus, ad instar Caluiniani Superattendentis ex cathedra se, suamque maiestatem perpetuo circumspectans, Ecclesiae curam omnem excuslerit; Aduocati munus, non solum pro vniuersis, sed etiam pro singulis interpellantis, oblitus?

XVIII. Quorsum Sanctis à Christo super gentes concessa potestas, si rerum nostrarum cura ad illos nihil pertineat? Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringetur, sicut & ego accepi à Patre meo; & dabo illi stellam matutinam. (Apocal. 2. vers. 26.) Igitur & obstinatos peccatores in virga ferrea,

ferrea, id est, ab æquitate & iustitia inflexibili sententiâ, in extremo iudicij die, tanquam vas figuli confringendi, & dum mortalis hæc vita durat, Ecclesiam totam Pastorali curâ, protectioneque, vnâ cum Christo regendi gubernandique potestas hîc Sanctis cum Agno in throno sedentibus promittitur, & sine dubitatione vitâ functis, ab eo, qui mentiri non potest, præstatur. Huc nimurum Sanctus ille Rex David plenus Prophe-tico Spiritu respexit (Psal. 149.) Exultabunt, inquiens, Sancti in gloria, latebuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis. Ad alligandes Reges eorum in compeditibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis indicium conscriptum, gloria hec est omnibus Sanctis eius. Hanc in rem vnicam, stella ipsis matutina promissa à Christo, id est, rerum omnium, que ad unumquemque pro gloria sua portione, mensuraque pertinet, clara siue in Verbo cognitione per Verbum, quo cunque modo perfeta reuelatio.

XIX. Quin igitur sancti (qua voce Angelos quoque significo,) cum nobis ope rem ferre possint, piè ac utiliter à viuentibus inuocentur, negari non potest, nisi ab impijs & Ecclesie perduellibus: nam id etiam à sanctis virtus iam olim factitatum, sine vllâ impietatis notâ, sacra litteræ non semel commemorant. Angelus (aiebat Jacob, Genes. 48. vers. 16.) qui eruit me de cunctis malis, benedic pueris istis. En tibi Patriarcham, qui supplicet Angelo. Sic & Iob 5. dicitur. Voca si quis est, qui tibi respondeat; & ad aliquem Sanctorum convertere; Vbi recte D. Augustinus, Sanctorum nomine, vt etiam amicorum appellazione Cap. 19. Cum idem Iob sic loquitur, misericordia mei, misericordia mei, saltem vos amici mei. sanctos Angelos intellexit. Neque Moyles, vt Theodoretus quæstione 67. in Exodum testatur, Patriarcharum patrocinium ad Deum placandum adhibere dubitauit, dum sic orat. Recordare Domine, Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum. (Exod. 32. vers. 13.) Idem de Salomone iudicium, qui, nec quicquam Lutherum vel Caluinum moratus est, per merita Patris sui Davidis iam defuncti, Deum sic obtestans, propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. (Psal. 131.) His Daniele Prophetam ira orantem iungo. Ne aueras misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum. (cap. 3. vers. 25.) Nec plura desiderabit, qui sagrarum scripturarum auctoritatem, proprio suo iudicio anteferre didicerit.

XX. Tandem nihil afferunt Nouatores, quod receptam illam haec noster seculis Ecclesie, de sanctorum inuocatione, doctrinam tantillum labet.

labefactet. Solum enim Deum (quod obijciunt) natura sua *κερδογένης* esse cogitationumue nostrarum cognitorem & Iudicem, non difficitur. Nihil tamen hoc obstat, quò minus Angeli, quamvis hoc patto *κερδογένης* non sint, de peccatorum conuersione gaudent in cœlis. (Luc. 15. vers. 7. & 10.) norunt igitur & ipsi quid geratur in terris. An quia cordis nostri cogitationes ipsas in se scrutantur? minimè, sed quia diuinitus illis ostenduntur in cœlis. hoc verò in cæteris sanctis, qui columnæ sunt in templo Dei (Apocalyp. cap. 3.) qui in throno sedent cum Christo (ibid. vers. 21.) qui potestatem acceperunt super gentes (Apocal. cap. 2. vers. 26. 27. 28.) quibus stella matutina, seu rerum, pro beatitudinis suæ modulo, cognitione uberrima (ibid. vers. 29.) promissa, cur locum non inueniat?

**XXI.** At iniuria fit, inquiunt, Deo, si præter illum alius inuocetur. Nihil minus. An iniuriam Deo faciebat Paulus, quando obsecrabat Romanos (cap. 15.) vt adiuuaretur ipsorum orationibus apud Deum, quando Ephesiorum (Cap. 6.) Thessalonicensium (Cap. 5.) Colossensium (Cap. 4.) & aliorum pro se intercessiones, flagitabat? ablit. Nihil verò Catholici, præter hoc, à sanctis expectant. Instant tamen, nusquam id esse vt faciamus in sacris literis præceptum; inimicò grauiter ad idolatriam euitandam prohibitum. Sed tergiuersantur duntaxat. Quam enim multa, sanctè pieq; se facere, persuasum habent, quorum tamen ex sacris literis nullum proferent præceptum? Quid porrò plus *idolatriæ* redolet rogare Sanctos, cum Christo regnantes in cœlo, vt suis intercessionibus Deum tibi propitium reddant, quam vt D. Paulus Romanorum, Ephesiorum, Colossensium, Thessalonicensium orationes pro se postulet? At excipiunt, Paulum inuocasse viuentes adhuc in terris. sic est. sed illi ipsi, num minori Dei gratia, charitateque nunc prædicti sunt viuentes cum Christo in cœlis? An quorum preces propter Filij sui merita, tūm exaudiens Pater cùm adhuc peregrinarentur in mundo, illorum nunc aspernatur, quando æterna gloria cum ipso perfrauntur in cœlo? nemo pius hoc scribit.

## E SCRIPTVRIS SACRIS.

1. Ex illis Christi verbis Luc. 10. vers. 26. *Qui vos audit, me audit: seu vt D. August. legit: Qui vos honorat, me honorat; & qui vos spernit, me spernit.* Rècte pro Sanctorum cultu sic argumentatus est idem S. Doctor. *Quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Christum; & qui spernit Sanctos, spernit & Christum.* (ser. 26. de Sanctis, Tom. 10.)

2. Sanctos, in terris ad ea percipienda, quæ geruntur à nobis in terris, oculis corporeis non egere Elisei ad Hiezi (4. Reg. cap. 5.) conuincit oratio. *Nonne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui?* quod sapienter item D. August. (lib. 22. de Civit. cap. 29. Tom. 5.) annotauit.

F I N I S.

---

Errata præcipua, quæ quoquomodo in nostras theses & vindicationes irrepererunt, sic corrigat Lector benevolus.

Pagina 5. vers. 7. legit, quam. v. 10. deflecteret pag. 7. v. 8. indicarent. pag. 21. v. 7. à fini iam reddit & Virgo. p. 30. v. 17. eam p. 33. v. 13. numellas. p. 46. v. 5. nolint. p. 47. ad marginem. Consolationes p. 53. v. 16. cogerentur. p. 58. v. 8. quin. p. 61. v. 3. miraculorum. p. 63. v. 3. cum p. 64. v. ult. accepit, accipiat? p. 70. v. 4. Atheismum pro Athanasium.